hi deinde regis satellites habentur, numero bis mille, et Mamalukides nominantur. ex illorum numero quotquot peregrini sunt, ad regis officia perficienda ordinantur. hi paulatim etiam ad magistratus dignitatem ascendentes meliorem tandem assequuntur fortunam, et a rege in maximo honore habiti praeficiuntur iis qui Melicamaridae nuncupantur. ex quorum regione illico perveniunt ad regionem regis et ad Memphiticum regnum et ad imperium Aegypti Asiaeque, necnon ad alios magistratus, qui sub isto rege sunt. Melicamaridae sunt principes viri, qui a rege creati praeficiuntur insignioribus oppidis. urbs Memphis (quae et Alcairum) magnitudine hominumque multitudine totius orbis urbes facile exuperat. urbis eius ambitus amplectitur septingenta stadia. nec novi urbem quae melioribus gubernetur legibus. quinquaginta myriades pulcherrimarum domorum habet. urbem mediam intersecat Nilus fluvius, aquam optimam et saluberrimam ministrans, ex monte Argyro scaturiens. universam Aegypti regionem pulcherrime rigat, fossis, quae singulis locis fiunt, admissus. hinc terra ea ubique commodissime humectari potest. religionem istam tenent Monothelitae et Iacobitae, gentes haud exiguae.

B χώραν ἀρδεύειν ἐπιτηδείως ἔχειν. οἰκοῦσι δὲ ταύτην τὴν χώραν Μονοθελῆται καὶ Ἰακωβῖται, ἔθνη τε οὐκ ὀλίγα, καὶ τῶν ἐς τὴν τοῦ Ἰησοῦ τοῦ θεοῦ θρησκείαν τελούντων τε καὶ φρονούντων ἄλλων ἄλλῃ, οὔτε κατὰ τοὺς Ῥωμαίους οὔτε κατὰ τὰ Ἕλλησι δεδογμένα ἐς τὴν θρησκείαν φρονοῦντες· ἀλλ' ὅσοι μέν εἰσιν Ἀρμένιοι πλεῖστοι ἀνὰ τὴν χώραν ταύτην, Μονοθελῆται δὴ καὶ Ἰακωβῖται καὶ Μανιχαῖοι πάμπολλοι. διήκει δὲ ἡ χώρα τοῦ τῆς Μέμφιος βασιλέως ἀπὸ Λιβύης ἔστε πόλιν Χαλεπίην οὕτω καλουμένην κατὰ τὴν Ἀσίαν· νομίζεται δ' οὗτος ὁ βασιλεὺς ὑπό τε τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἐθνῶν καὶ ὑπὸ τῶν τῆς Λιβύης καὶ δὴ καὶ ὑπὸ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ
C ἀρχιερεύς τε τὰ ἐς τὴν θρησκείαν αὐτῶν καὶ τὰ ἐς τοὺς νόμους τοῦ Μεχμέτεω, παμπόλλων αὐτοῦ ταύτῃ διδασκομένων τοὺς τῆς θρησκείας αὐτονόμους, καὶ ὡς ἀπὸ τῶν παλαιοτέρων ἀρχιερεύς τε ἐνομίσθη, καὶ γράμμασι τοῖς τούτων ἀποδείκνυσθαι ἀκριβέστατα δὴ τὸν τοῦ Μεχμέτεω νόμον. τὸν δὲ τάφον Ἰησοῦ κατὰ τὴν Παλαιστίνην κατέχοντες μέγα τε ἀποφέρονται κέρδος, καὶ ἄρχοντες μέγιστοι δὴ τοῦ βασιλέως οἴκου ἐς φυλακὴν τοῦ σήματος καθίστανται. διήκει δὲ Αἴγυπτος ἀπὸ Τύρου τῆς Ἀλεξανδρείας ἔστε Ἰτουραίαν χώραν, ἐπὶ σταδίους μάλιστά πη . . . . ὁ δὲ Νεῖλος ὁ τῆς Αἰγύπτου ποταμὸς ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν πρὸς Βορρᾶν ἄνεμον κατὰ Ἀλεξάνδρειαν τῆς Αἰγύπτου. ἐντεῦθεν ἄρχεται ἡ Παλαι-

1. ἄρδειν R

religionem quidem Iesu filii dei se tenere dicunt: at plurimum ipsi inter sese dissentiunt. nec consensum praestant in religionis negotio vel Graecis vel Romanis. plurimi Armeni in regione ista etiam Monothelitae et Iocobitae, necnon plurimi Manichaei habitant. extenditur autem Memphitici regis regio a Libya usque ad Chalepiam urbem Asiae. plurimae in Asia et Africa Europaque gentes venerantur istum regem ut sacerdotem in iis quae ad religionem et Mechmetis legem spectant. plurimi namque isthic haerent qui operam dant Mechmetis legibus discendis. etiam ab antiquis sacerdos habitus est, ut qui eius gentis litteris Mechmetis leges acutissime explanare posset. sepulcrum Iesu sub potestate istius regis in Palaestina situm est, unde plurimum lucri ei accedit. custodiae huius sepulcri viri de familia regis illustrissimi destinantur. extendit se Aegyptus ab Alexandria et Tyro usque in Ituream regionem stadiis maxime 88. Nilus autem fluvius Aegypti exhauritur in mare versus Boream ventum, iuxta Alexandriam Aegypti. hinc incipit Palaestina, tendens usque ad Coelesyriam. in hac regione Iesu celebratur sepulcrum, si-

στίνη διήκουσα ἔστε ἐπὶ κοίλην Συρίαν. ἐν ταύτῃ δέ ἐστι τὸ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ σῆμα, κατὰ τὴν Ἱεροσολύμων πόλιν, ἣ D δὴ κατέσκαπται. καὶ αὗται μὲν παράλιαι χῶραι· κοίλη δὲ Συρία διήκει ἐπὶ Ἀραβίαν ἐπὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν τῷ πρὸς ἕω ἰόντι. διαβάντι δὲ τὴν θάλασσαν ψάμμος τε δέχεται αὐτοῦ ταύτῃ διαπορευομένων ἐπὶ τὸ σῆμα τοῦ Μεχμέτεω. αὕτη δὲ ἡ χώρα βασιλέως τῆς Μέμφιος οὖσα, πρὸς δὲ καὶ ἡ Φοινίκη. δύναμις δέ ἐστι τῷ βασιλεῖ τῷδε κατὰ θάλασσαν ἀξιόχρεως, ἔνθα δὴ ἐφίσταται Σάμος· πλοῖά τε καὶ τριήρεις ἐκ ταύτης κατασκευάζει. Κύπρον τε ὑπηγάγετο, καὶ ἐπὶ Ῥόδον καὶ Κύπρον πέμψαι τά τε πλοῖα καὶ στρατὸν σὺν αὐτοῖς. διαπλεύσας δὲ τήν τε πόλιν ἐπολιόρκει, καὶ τὴν νῆσον ληισάμενος προσέβαλέ τε τῷ τείχει ἐπὶ ἡμέρας P. 76 ἱκανάς· καὶ ὡς οὐδὲν προυχώρει ἡ τῆς πόλεως αἵρεσις, ἀπεχώρησεν ἐπ' οἶκον. τὴν μέντοι Κύπρον ὑπηγάγετο, καὶ τόν τε βασιλέα Κύπρου ἄγοντα ᾤχετο· ἀφ' οὗ δῆτα χρόνου φόρον τε ἀπάγει ἡ Κύπρος τῷδε τῷ βασιλεῖ. δοκεῖ δὲ ἡ νῆσος αὕτη ὑπὸ τόνδε γενέσθαι τὸν βασιλέα τὸ παλαιόν. Κελτοὶ V. 60 δὲ ὡς ἀφίκοντο ἐπὶ τὸ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ θεοῦ σῆμα, δουλωσάμενοι τήν τε νῆσον ταύτην ὑπηγάγοντο σφίσι, στόλον ἐπαγόμενοι καὶ δύναμιν ἀξιόχρεων. ᾗ καὶ Ἐνετοὶ Ἀμαρίην πόλιν εὐδαίμονα χειρωσάμενοι ἐπὶ συχνόν τινα χρόνον διακατεῖχον, ὁρμητήριον τῆς πρὸς Αἴγυπτον ἐμπορίας αὐτῶν. καὶ τὸ ἐν-

10. ἐκ ταύτης κατασκευάζει om nonnulli libri 17. ἐπάγει P

tum in urbe Hierusalem, quae devastata est cum maritimis regionibus. Coelesyria panditur in Arabiam usque ad mare rubrum, versus Orientem iter facienti. transeuntem id mare excipit arenae vastitas, quae superanda est petentibus sepulcrum Mechmetis. haec est regio Memphitici regis, cui additur et Phoenicia. est huic regi in mari quoque maxima potentia. Samus ei suppeditat naves et triremes. Cyprum subegit. naves mittens cum militibus adversus Rhodum et Cyprum, urbem obsidione afflixit. actis autem praedis ex insula plurimis, aliquot diebus oppugnationi intentus fuit; quae cum parum succederet, abducto exercitu domum reversus est. Cyprum quidem suo imperio adiunxit, capto eius rege; et ex eo tempore Cyprus Memphitico regi tributum solvit. quin iam olim istam insulam huic regi paruisse arbitror. verum Galli ut accesserunt ad Iesu dei sepulcrum, insulam eam in servitutem redactam cepere, classem parantes magnam viresque haud contemnendas. eo modo et Veneti Amariam urbem opulentam occupantes diu eam tenuere, ut portum ad Aegyptiacas merces commodissimum. hinc successione longa reges Gallo-

τεῦθεν ὑπὸ Κελτῶν βασιλεῖς διαγενόμενοι βασιλεύουσιν ἐν
B ταύτῃ τῇ νήσῳ. νέμονται μέντοι καὶ οἱ Ἄραβες μέρος τι τῆς νήσου ταύτης καὶ πόλιν Φαμαγούστην καλουμένην. τῷ μὲν οὖν βασιλεῖ Μέμφιός τε καὶ Αἰγύπτου πόλεμός τέ ἐστι πρὸς τοὺς ἐν τῇ Ἀραβίᾳ καὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Λιβύης, διαφερομένους περὶ γῆς ὅρων, μαχεσαμένῳ τά τε ἄλλα καὶ δὴ . . . . Χαλέπιον δὲ πόλις αὐτῷ ἐν τῇ Ἀσίᾳ μεγάλη τε καὶ εὐδαίμων, καὶ ἐμπορίαν παρεχομένη τῆς τε Ἀσίας καὶ Αἰγύπτου καὶ Ἀραβίας. ἵππους δὲ ἐκφέρει ἡ χώρα αὕτη γενναίους. δοκεῖ δὲ καὶ ἥ τε Αἴγυπτος καὶ ἡ πρὸς Λιβύην χώρα φέρειν ἵππους τε ἀγαθοὺς καὶ καμήλους.

Τὴν μέντοι Χαλεπίην πόλιν Τεμήρης, ὅτε δὴ καὶ ἐπὶ
C Δαμασκὸν ἐστρατεύετο, ὑπηγάγετο. καὶ κοίλης Συρίας οὐκ ὀλίγην χώραν καταστρεψάμενος ἀπεχώρει δι' αἰτίαν τήνδε. ὁ γὰρ δὴ τῆς Καταγίης βασιλεὺς τῶν ἐννέα καλούμενος (οὗτος δ' ἂν καὶ ὁ τῆς Ἰνδίας βασιλεὺς) διαβὰς τὸν Ἀράξην τήν τε χώραν ἐπέδραμε τοῦ Τεμήρεω, καὶ ἀνδράποδα ὡς πλεῖστα ἀπάγων ᾤχετο αὖθις ἐπ' οἴκου ἀποχωρῶν. ἤγαγε δὲ στρατόν, ᾗ λέγεται, ἐς τεσσαράκοντα καὶ ἑκατὸν μυριάδας. Τεμήρης δὲ ὡς ἤλαυνε τὴν ταχίστην, τῆς μὲν χώρας ὑφιέμενος, τῷ δὲ τείχει ἐπειγόμενος διαφυλάξαι ὅσα τε ἣν αὐτῷ ὁμοροῦντα τὴν Χαταΐων χώραν, καὶ ἐν τῇ Περσῶν αὖθις καὶ Καμδίων ἀρχῇ οὐκ ἔφθη καταλαβὼν τὸν βασιλέα.

16. ἦν?

rum isti insulae praefuere. etiam Arabes huius insulae partem tenent, necnon Phamagustam urbem opibus florentem. et sane Memphitico et Aegyptiaco regi bellum est adversus Arabes et Afros, propter regionis limites usque dissidentes et inter caetera etiam manus conserentes. et quidem Chalepia urbs eius in Asia magna et dives opum, merces praebens Asiae et Arabiae. equos ista regio producit perquam generosos. etiam Aegyptus, necnon ea regio quae versus Libyam excurrit, gignit equos generosos et camelos.

Chalepiam urbem suo dominio adiecit Temires, cum arma inferret Damasco; et subacta Coelesyriae non modica regione, discessit huiusmodi causa motus. nam Chatagiae rex, unus de numero novem ducum, etiam Indiae imperitabat. hic Araxem traiecit, Temirisque regionem vastans, mancipiis captis plurimis, domum rediit. fama est eum in armis habuisse circiter quadraginta et centum myriades hominum. Temires autem regione excedens, et muro loca Chatagiorum regioni finitima firmans, quam celerrime hostem insecutus est, nec eum vel in Persarum vel in Candiorum regno indipisci valuit. hinc legatione missa bellum pace mutatum est, cum in animo agitaret

ἐντεῦθεν διαπρεσβευσάμενος, σπονδάς τε ἐποιήσατο, ἐν νῷ D ἔχων ἐπὶ Παιαζήτῃ τὸν Ἀμουράτεω στρατεύεσθαι. ἐποιήσατο οὖν σπονδὰς ἐφ' ᾧ ἀπάγειν φόρον ἱκανὸν ὑπὲρ της τῶν Μασαγετῶν χώρας, ἣν καταστρεψάμενος εἶχεν.

Ὡς δὲ πρὸς τοῦτον σπονδάς τε ἐποιήσατο καὶ εἰρήνην, ξυνηνέχθη αὐτῷ τὰ ἐς τοὺς ἀπὸ τῆς κάτω Ἀσίας Τούρκων ἡγεμόνας ἀφῖχθαί τε παρ' ἑκατόν, καὶ τὰ περὶ τὴν Μελιτήνην ἐπολιορκήσαντο ταύτην τῷ Παιαζήτῃ. παρασκευασάμενος δὲ στρατὸν μέγιστον ἤλαυνεν ἐπὶ Σεβάστειαν, πόλιν τῆς Καππαδοκίας εὐδαίμονα. δοκεῖ δὲ αὕτη ἡ πόλις βασίλεια γενέσθαι τοῦ πρότερον βασιλέως Τούρκων, καὶ ἀπὸ ταύτης ὁρμωμένους τοὺς Τούρκους τὸ παλαιὸν χώραν ὑπαγομένους P. 77 τῆς τε Ἀσίας οὐκ ὀλίγην, ἐς τὸν Ἑλλήσποντόν τε καὶ τὴν ἀντικρὺ Βυζαντίου χώραν τὴν ἐς τὴν Ἀσίαν ἐπιδραμεῖν χειρὶ πολλῇ ἀφικομένους. Τεμήρης μὲν οὖν ὡς ἀφίκετο, ἐπολιόρκει τὴν πόλιν· Παιαζήτης δὲ ἀπῆν τότε, ἐπὶ Λεβαδίαν τῆς Βοιωτίας καὶ ἐπὶ Πελοπόννησον καὶ Θετταλίαν στρατευόμενος. κατέλιπε δὲ ἐν τῇ Σεβαστείᾳ στρατόν τε τὸν τῆς Ἀσίας καὶ παῖδα Ὀρθογρούλην, καὶ ταύτην καταστησάμενος αὐτὸς μὲν ἐπὶ Πελοπόννησον ἐστρατεύετο. ἔνθα δὴ πυθόμενος ὡς Τεμήρης ἐλάσας πολιορκοίη Σεβάστειαν, ἤλαυνε τὰ ἔμπαλιν γενόμενος, καὶ οὐκ ἐξεγένετο αὐτῷ ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Πελοπόννη-

13. τὴν post καὶ om P   20. πυθομένῳ P : corr H

Paiaziti Amuratis filio arma inferre hostilia. pax autem hac condicione composita est, ut tributum magnum quotannis penderet pro Massagetarum regione, quam armis subegerat.

Bellum hoc ut intercedente foedere fuit sopitum, accidit ut causam ducum inferioris Asiae susciperet. venerant enim numero circiter centum, et Melitinem urbem auspiciis Paiazitis obsidione circumdederant. comparato itaque quam potuit exercitu maximo, hostili animo profectus est contra Sebastiam, Cappadociae urbem opibus vigentem; quae quondam, ut apparet, regis Turcorum sedes regia extitit. ex hac enim antea prodeuntes Turci subegere regionem Asiae non modicam usque ad Hellespontum; et iam magna manu advenientes incursionem fecere in regionem quae ex adverso Byzantii sita conspicitur. Temires itaque ut advenit, urbem exercitibus circumsedit. Paiazites forte tum aberat, quia expeditionem susceperat contra Lebadiam Boeotiae et contra Peloponnesum Thessaliamque. reliquit tamen Sebastiae Orthobulem filium cum exercitu. quae omnia cum in eum modum disposuisset, ipse contra Peloponnesum copias duxit. at ut accepit Sebastiam a Temire oppugnari, mutato consilio reversus est, nec potuit irrumpere in Peloponnesum. cum

´σον. ἐπειγομένῳ δὲ τὴν ἐπὶ τὴν Ἀσίαν πορείαν, ἐπύθετο
B ἁλῶναί τε τὴν πόλιν καὶ ἀνδραποδισάμενον οἴχεσθαι αὖθις
ἀπιόντα ἐπὶ Χερίης. ὡς γὰρ δὴ προσέβαλεν ἐπὶ ἡμέρας ἱκα-
νάς, οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐξεκρούσαντο τὸν Τεμήρεω στρατόν.
ἐνταῦθα ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ ὀρυκτὰς ἐς ὀκτακισχιλίους τὸν
V. 61 ἀριθμόν, ὑπώρυσσον ὑπὸ τὴν γῆν ὀρύγματα φέροντα ἐς τὸ
τεῖχος τῆς πόλεως ἁπανταχῇ. καὶ ἔνια μὲν οἱ τῆς πόλεως
ᾔσθοντό τε, καὶ ἀντορύσσοντες καὶ αὐτοὶ ἐξεκρούσαντο· τὰ
δὲ πλέω ἠνύετο αὐτῷ ἅτε πολυχειρίᾳ ἐργαζομένων. ὡς δὲ
ἤδη τὰ τείχη ὀρώρυκτο καὶ ἐπὶ ξύλων ἤδη ἦν μετέωρα, πῦρ
ἐνιέντες κατεβλήθη τε τὰ τείχη αὐτόματα, καὶ ἐπιπεσόντες
ἐνταῦθα οἱ τοῦ Τεμήρεω στρατιῶται εἰσέπιπτον ἐς τὴν πό-
C λιν, καὶ οὕτω κατέσχον αὐτήν. καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας, παρεγ-
γυήσαντος τοῦ βασιλέως, αὐτίκα ἑλόντες τὴν πόλιν διεχρή-
σαντο· παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας τῆς πόλεως ἐς ἕνα χῶρον
ἀγαγὼν τήν τε ἵππον ἐπαφεὶς κατεχρήσατο, ὥστε μηδένα τῶν
τῆς πόλεως, μήτε ἄνδρα μήτε γυναῖκα μήτε παῖδα, περιγενέ-
σθαι, οἰκτρότατα δὲ ξυμπάντων τῶν ἐν τῇ πόλει θανόντων.
λέγεται δὲ γενέσθαι ἀνθρώπους ἀμφὶ τὰς δώδεκα μυριάδας.
πρὸς δὲ καὶ ἐλεφαντιώντων ἐν ταύτῃ τῇ πόλει πλῆθος εὑρά-
μενον λέγεται κελεῦσαι ἀνελεῖν. τούτους μὲν οὖν ὅπῃ ᾔσθετο
περιόντας, οὐκέτι εἴα ζῶντας περινοστεῖν, ἀλλ' ὡς ᾔσθετο, τοῦ

ἡμέρας τινάς
3. ἐπιόντα P ἡμερικέναι T: corr H 18. δή?

maturaret iter in Asiam, audivit Sebastiam esse captam, Temiremque mancipiis collectis plurimis abiisse Cheriam. ut enim Temires impetum in murum dedit diebus aliquot, oppidani vim hostilem fortiter propulsarunt. cum autem haberet octo milia fossorum in castris, iis negotium dedit ut cuniculos haberent subterraneos, per quos ubique possent emergere in urbem. et quidem oppidani senserant id parari. proinde et ipsi fodiendo hostibus occurrebant: verum pellebantur. amplius enim efficiebat Temires, ut qui fossorum numero excelleret. muri cum iam undique essent suffossi, hostesque starent in aggere excelso et ligneo, ignem iniecerunt, murique sua sponte corruerunt. deinde per loca ruinis patentia irruentes Temiris milites in urbem, eam in hunc modum occuparunt. oppidanos, sic imperante Temire, capta iam urbe illico occiderunt. liberos et mulieres eius urbis in unum locum agens, immisso equitatu omnes trucidavit. urbis istius adeo miserabilis clades fuit ut nec vir nec mulier neque etiam puer aliquis potuerit exitium subterfugere. homines in ista urbe fuerunt plurimi, adeo ut pene superarent numero duodecim myriades hominum. praeterea reperta magna leprosorum

ζῆν ἀπήλλαττεν, οὐ θέμις εἶναι φάσκων εἰς τοιαύτην γενομέ- D νους τύχην περιιέναι τούς τε λοιποὺς τῶν ἀνθρώπων διαφθείροντας καὶ αὐτοὺς ὡς τὰ πολλὰ παραπαίοντας. λέγεται δὲ ταύτης τῆς πόλεως τὴν συμφορὰν ὑπερβαλέσθαι τὰς πώποτε γενομένας τῶν πόλεων ξυμφοράς. Ὀρθογρούλη δὲ τὸν παῖδα Παιαζήτεω συλλαβὼν ζῶντα ἐπὶ ἡμέρας περιῆγε, μετὰ δὲ ταῦτα ἀνελεῖν ἐκέλευσε. Παιαζήτης δὲ ὡς ἐπύθετο ἕκαστα μετ' οὐ πολύ, ἅτε δὴ ἡ πόλις ἁλοῦσα διεφθάρη, καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ μετ' οὐ πολὺ ἤγγελτο τελευτῆσαι ὑπὸ βασιλέως Τεμήρεω, ξυμφορᾷ τε ἐχρῆτο ὡς μάλιστα καὶ ἐν πένθει ἦν. διαβάς τε γὰρ δὴ ἐς τὴν Ἀσίαν, ὡς βοσκόν τινα ἑωράκει αὐ- p. 78 λοῦντα, λέγεται δὴ εἰπεῖν, ἐπιδηλώσαντα τὸ πάθος αὐτῷ οἷον ἦν, "αὔλει δὲ ᾠδήν, οὔτε Σεβάστειαν ἀπώλεσεν οὔτε παῖδα Ὀρθογρούλην." ἦν γὰρ δή, ὡς λέγεται, Ὀρθογρούλης τῶν ἡλίκων τὰ πάντα κράτιστος, καὶ ἐξηγήσασθαι ἐπὶ πόλεμον ἱκανός· διὸ δὴ καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ κατέλιπεν αὐτόν, ἐπιτρέψας τὴν ἀρχὴν αὐτῷ, ᾗ δοκοίη αὐτῷ ἐς τὸ ἐπιτηδειότατον καθιστάναι.

Κατὰ μὲν οὖν τὴν ἐς τὴν Σεβάστειαν ἔλασιν Τεμήρεω τοσαῦτα ἐγένετο· μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ἡ πρεσβεία ἀφίκετο παρὰ τὸν λαίλαπα Παιαζήτην, καὶ ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀποδοῦναι

13. αὔλει et mox ἀπολέσεις cum interprete Hammer I p. 296.
16. διὰ P: corr H

multitudine, omnes interfici curavit. hos enim ubicunque adeptus foret, incolumes abire haud sinebat, nequaquam fas esse dicens ut hi superstites sint, reliquosque homines inficiant, ipsi plerumque miserrime viventes. fama exiit excidium urbis istius miserrimum superasse calamitates omnes, quae in ullas unquam redundarunt urbes. Orthobulem Paiazitis filium, cum vivus in manus venisset, aliquot diebus secum circumduxit: postea cuidam negotium dedit ut eum interficeret. Paiazitem, ut urbis excidium miserabile filiique interitum accepit, calamitas luctusque apprehendit maximus. transiens enim in Asiam, ut vidit pastorem quendam tibia canentem, fertur dixisse, moerorem suum indicans quam acerbus esset, "cane cantilenam, cuius argumentum sit: neque Sebastiam amittas, nec etiam filium Orthobulem." erat enim Orthobules aequalium suorum optimus, etiam dux haud contemnendus. quapropter non ab re relictus est a patre in Asia, ut regnum administraret eo modo quo sibi putaret commodissime habere.

Expeditio Temiris contra Sebastiam hunc finem sortita est. nec multo post legatio missa est ad Paiazitem Laelapa, quae iussit ut ducibus restitueret regionem. daret tantum butyri, quantum ferunt duo

B τε τὴν χώραν τοῖς ἡγεμόσι, καὶ τάς τε δισχιλίας καμήλους βουτύρου, καὶ σκηνὰς δὴ δισχιλίας, αἷς εἰώθασιν οἱ νομάδες ἀνὰ τὴν Ἀσίαν χρῆσθαι, καὶ ἐν τοῖς ναοῖς τοῖς ὑπὸ τὴν Παιαζήτεω ἀρχὴν μνημονεύεσθαι αὐτὸν ὡς βασιλέα, καὶ νομίσματι δὲ χρῆσθαι τῷ βασιλέως Τεμήρης ἐς σύμπασαν τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, καθελόντα τὸ ἑαυτοῦ νόμισμα. πρὸς δὲ καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ ἕνα ᾐτοῦντο παραγίνεσθαι ἐς τὰς Τεμήρεω θύρας. καὶ ἢν ταῦτα ποιῇ, φίλον τε καὶ ἐπιτήδειον ἔσεσθαι Τεμήρεω βασιλέως· ἢν δὲ μὴ ποιήσῃ, χρῆσθαι αὐτῷ ὡς πολεμίῳ βασιλέα Τεμήρη. ᾗ δὲ δὴ λέγεται θυμω-
C θέντα τὸν Παιαζήτην ἐκεῖνο δὴ τὸ ἔπος εἰπεῖν, ὃ καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται, ὡς ἢν μὴ ἐπικαταβὰς ἀφίκοιτο ἐπ' αὐτόν, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐς τρὶς ἀποπεμψάμενον ἀπολαβεῖν αὖθις· ὃ δὴ αἰσχύνην φέρει μεγάλην, εἰρῆσθαι ὁτῳοῦν τὸ ἔπος τοῦτο. προθέμενος μὲν οὖν τὰ παρὰ τῆς πρεσβείας
V. 62 αὐτοῦ τὸ Παιαζήτεω ἔπος ὁ Τεμήρης οὐκέτι ἐς ἀναβολὴν ἐποιεῖτο τὴν ἔλασιν, καὶ αὐτίκα παρασκευασάμενος στρατὸν τόν τε παρ' ἑαυτῷ Σκυθῶν τῶν νομάδων καὶ Τζαχαϊξίδων, ἐς ὀγδοήκοντα ὡς λέγεται μυριάδας, ἤλαυνεν ἐπὶ Παιαζήτῃ, διὰ Φρυγίας τε καὶ Λυδίας τὴν πορείαν ποιούμενος. Παιαζήτης δὲ ὡς ἐξορκώσας Τεμήρη, ἢν μὴ ὡς ἠδύνατο κράτιστα
D παρεσκευασμένος ἐπίῃ, συναγείρας στρατὸν ὡς ἠδύνατο μέγι-

5. Τεμήρεω? 22. ἐπήει P

milia camelorum. his adderet duo milia tentoriorum, cuiusmodi in usu habent pastores per Asiam. postulabatur quoque ut per universum Paiazitis regnum Temires pronuntiaretur rex. volebat quoque ut Paiazites in suam regionem Temiris numisma reciperet et suum irritum faceret. postremo imperabatur ut unus de numero filiorum Paiazitis militaret in ianuis Temiris. quodsi Paiazites haec faceret, fore eum amicum et necessarium regis Temiris: sin autem has petitiones aversaretur, sciret Temirem ipsum pro hoste habiturum. his auditis ferunt Paiazitem ira commotum illud responsum dedisse, quod supra declaravimus, videlicet "si non veniat quemadmodum minitatur, precor uxorem suam ter repudiatam recipiat;" quod quidem dictum magnam infamiam importat ei in quem dicitur. cum igitur cum tali responso legatos dimisisset, Temires expeditionem suam, quam animo versabat, non amplius differt contra Paiazitem. sed confestim contractis copiis quam potuit plurimis, Scytharum et Tzachaidarum, qui praesto erant, delectu habito, conscripsit exercitum, qui complectebatur octoginta myriades hominum; et profectus est contra Paiazitem, per Phrygiam Lydiamque iter faciens. Paiazites ut hosti obviam procederet instructus, comparavit et ipse quam potuit exercitum

στον, συμπαραλαβὼν καὶ τοὺς Τριβαλλοὺς αὐτοῦ δορυφόρους, ἐς μυρίους μάλιστά που γενομένους τούτους (ἐφ' οἷς δὲ μέγα ἐφρόνει ὡς ὅποι παρατυγχάνοιεν ἀνδρῶν ἀγαθῶν γενομένων), καὶ προθέμενος ὡς Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου τοὺς Μακεδόνας ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ καὶ ἐς τὴν Ἀσίαν διαβάς, Δαρεῖον αἰτιασάμενος τῆς ἐς τοὺς Ἕλληνας Ξέρξεω ἐλάσεως, τῷ ἑαυτοῦ ἐλάσσονι δὴ στρατῷ ἐπιὼν κατεστρέψατο, καὶ τὴν Ἀσίαν ὑφ' αὑτῷ ἐποιήσατο, ἔστε ἐπὶ Ἐνφαὶν τῆς Ἀσίας ἐληλάκει· ἐπίστευε δὲ καὶ αὐτὸς τῷ ἑαυτοῦ στρατεύματι ἐπιὼν καθαιρήσειν ταχὺ πάνυ τὴν Τεμήρεω βασιλείαν καὶ ἐπὶ Ἰνδοὺς ἀφι- P. 79 κέσθαι. παραλαβὼν δὴ οὖν τό τε Εὐρώπης καὶ Ἀσίας στράτευμα, ἐς δώδεκα μυριάδας, ἵετο ὁμόσε ἐπὶ τὸν Τεμήρη, φθῆναι αὐτὸν βουλόμενος ἐν τῇ χώρᾳ ἐστρατοπεδευμένον πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, ἐν νῷ ἔχων βασιλεῖ Τεμήρῃ μαχέσασθαι. Τεμήρης δὲ ἐπῄει διὰ Φρυγίας ἐλαύνων. Παιαζήτης δὲ διὰ τῆς Καππαδοκίας ἐπείγετο, φθῆναι αὐτὸς πρὸς τῷ Εὐφράτῃ κατὰ τὴν Ἀρμενίων χώραν βουλόμενος. ὡς δὲ ἐν τῇ Ἀρμενίων γενόμενος χώρᾳ ἐπύθετο τὸν Τεμήρη ἤδη ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἀναστρέφεσθαι χώρᾳ, διὰ Φρυγίας ἐλάσαντα, τὰ ἔμπα- B λιν γενόμενος ἐπορεύετο εὐθὺ Φρυγίας, ὡς δὴ καὶ Τεμήρη αὐτὸν ἔσεσθαι ἐπυνθάνετο. ταχὺ δὲ ἐπειγομένων ἠνύετο ὁ δρόμος, ὥστε τὰ στρατεύματα αὐτοῦ πολλὴν διανύσαντα πο-

2. δή?

maximum, assumptis etiam Triballis satellitibus suis, qui numero erant quasi decem mille. in his spem maximam habebat Paiazites, ut qui fortitudinis essent semper memores quocunque venissent. quos cohortabatur, dicens "Alexander Philippi Macedones habens, transgressus est in Asiam, crimini dans Dario Xerxis in Graecos expeditionem, pauca suorum manu pergens in hostem, Darium devicit et Asiam subegit, pervenitque usque ad Phain Asiae. in spem erigor et ipse me facile nostro exercitu destructurum Temiris regnum, et deinde accessurum ad Indos usque." assumens itaque Europaeum Asianumque exercitum, qui complectebatur quasi duodecim myriades hominum, recta iter instituit adversus Temirem, cupiens eum praevertere et in ipsius regione castra locare iuxta Euphratem, animo agitans ibi dimicare cum Temire. Temires quidem exercitum per Phrygiam ductabat: at Paiazites citato agmine ferebatur per Cappadociam, praeoccupare volens Euphratem per Armeniam. ut autem, cum foret in Armenia, accepit Temirem iam in suam accessisse regionem, iter per Phrygiam facientem, mutato consilio recta in Phrygiam contendit, ubi obviam progredi Temirem intellexerat. cum autem acceleraret iter, accidit ut exercitus longo itinere graviter vexatus

ρείαν δι' ὀλίγου ἔκαμνέ τε χαλεπῶς φέροντα, καὶ ἤχθετο αὐτῷ ὅτι μὴ ἐν δέοντι χρήσαιτο τῇ ἑαυτοῦ τόλμῃ. ξυνέβαινε δὲ καὶ τὸ μηδενὶ ἐπιτρέπειν τοῦ στρατοῦ ἐπὶ πυροὺς καὶ κριθὰς ἐπὶ Προύσης, ὥρα ἦν παραβάλλειν τὸν ἵππον, χαλεπαίνειν τε αὐτῷ τὰ στρατεύματα καὶ ἀπαγορεύειν. ἀπείρηται γὰρ μηδενὶ ἐξεῖναι εἰς πυροὺς εἰσιέναι· ὃν τινα δ' ἂν λάβοι εἰσελθόντα, ἐτιμωρεῖτο. λέγεται δὲ αὐτῷ ἐστρατοπε-
C δευμένῳ περὶ Καππαδοκίαν πνεῦμα βιαιότατον, ἐπιπνεῦσαν τῷ στρατεύματι αὐτοῦ, τάς τε σκηνὰς ἀπενεγκάμενον ἐπὶ πολὺ ἀποσπάσαι καὶ μετεώρους ποιησάμενον καταβαλεῖν, καὶ τοῦτο κατ' αὐτοῦ γενέσθαι οἰωνὸν εἰς τὰ στρατεύματα. μετὰ δὲ ταῦτα ὡς ἐπελαύνοντι ἐπὶ τὴν Φρυγίαν ἐσκήνωτο, τήν τε σκηνὴν αὐτοῦ ἐς τρεῖς συστησαμένους τοὺς ἀμφ' αὐτὸν παῖδας, αὐτόματον πεσοῦσαν, εἴ τε τῆς γῆς μὴ δυναμένης κατέχειν τὰ σχοινία τῆς σκηνῆς, εἴτε καὶ ἄλλῃ πῃ ξυνέβη τοῦτο· τῆς τε γῆς ἀπειρῆσθαι αὐτῷ, μὴ ἐπιβαίνειν τῆς Φρυγίας, Ἑλλήνων τέ τινες αὐτοῦ παραγενόμενοι ἢ Τριβαλλῶν οἰωνίζοντο. λέγεται μὲν οὖν καὶ πρὶν ἢ ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβῆναι, Ἀλίη τὸν Χαρατίνεω παῖδα, ἄνδρα δὴ τῶν παρ' ἑαυτῷ τὰ
D ἐς σύνεσιν οὐδενὸς λειπόμενον, χρηματίσαι αὐτῷ μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ Τεμήρη, τρόπῳ δὲ ὅτῳ δύναιτο ἀσφαλεστάτῳ διαλύεσθαι αὐτῷ τὴν πρὸς Τεμήρην διαφοράν. ἐκέλευε δὲ

3. τῷ? 4. ὧν ὥρα? 5. τε τὰ αὐτῷ P

Paiaziti indignaretur, quod ipsorum opera, etiam sua audacia, cum nulla necessitas moneret, abuteretur. praeterea contigit ut exercitus affligeretur maxima frumenti et hordei inopia propter Prusam. hinc equitatus graviter periclitabatur. exercitus rem istam iniquo animo ferebat, et iam detrectabat militiam. severiter enim interdictum erat ne quis manus admoliretur frumento, addito se acerbius vindicaturum eum qui fraudem huic suo edicto fecisset. fama est, cum castrametatus esset in Cappadocia, venti turbinem violentissimum incubuisse exercitui, adeo ut tentoria disiecta et in sublime tracta destrueret planissime; quod quidem exercitus pro omine parum fausto accepit. postea cum in Phrygiam movens castra communivisset, tentorium suum in tres pueros, qui ibi aderant, sua sponte ceciderat, sive quod terra nequiverit sustinere retinacula, sive alia est causa in quam casus ille reduci poterit. quidam Graeci et Triballi qui praesto erant, omen id esse dicebant, ne ascenderet in Phrygiam. ferunt tamen, priusquam transiret in Asiam, Aliem Charatinis filium, virum eorum qui cum Paiazite erant prudentia primarium, consuluisse ne exercitum contra Temirem duceret, verum anniteretur ut ista controversia quam tutissimis rationibus dissolveretur et componeretur. se

ἑαυτὸν πέμπειν, καὶ ὑπισχνεῖτο διαλλάξαι τε αὐτῷ βασιλέα Τεμήρην, ᾗ ἂν αὐτὸς βούλοιτο. τὸν δὲ ὑπολαβόντα φάναι ὡς οὐ τῇ ἐκείνου συνέσει πιστεύων ἀφίκοιτο ἐπὶ μέγα εὐ- V. 63 δαιμονίας, ἡγεμόνας τοσούτους καταστρεψάμενον, ἀλλὰ τῇ ἑαυτοῦ ὁρμῇ τε καὶ γενναιότητι, τύχῃ δὲ εἰπεῖν καὶ τόλμῃ ἐπιτραπομένους τῶν βασιλέων πολλούς, καὶ δίχα συνέσεως μεγάλης, ἐπιδείξασθαι ἔργα, συνέσει δὲ τὸ πᾶν ἐπιτρέψαντας P. 80 αἴσχιστα ἀπολέσθαι.

Μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς ἐν τῇ Ἀρμενίων ἐγένετο ἐπὶ Τεμήρη στρατευόμενος, ἐβουλεύετο ὡς δὴ κράτιστα τὴν μάχην ποιήσαιτο. μεταπεμψάμενος δὲ τοὺς ἀρίστους ἐς βουλὴν καθίστατο. καί τινων γενομένων ἐπ' ἀμφότερα ταῖς γνώμαις, λέγεται Πραΐμην τὸν Ἀλίεω, μέγιστον δὴ παρὰ τῷ Παιαζήτῃ δυνάμενον, βουλεύοντα λέξαι τοιάδε. "ὦ βασιλεῦ, ἐπ' ἄνδρας παρασκευάζῃ στρατεύεσθαι τά τε πολέμια λεγομένους εἶναι ἀγαθοὺς ὑπὸ πάντων, ὅσοι δὴ τῆς τε γνώμης αὐτῶν καὶ ἀρετῆς ἐπειράσαντο. τούτοις ἐγὼ εἰς λόγους ὡς τὰ πολλὰ B ἀφικόμην, ἐπυθόμην τήν τε ἀρετὴν εἶναι παντὸς λόγου ἀξίαν, καὶ πλῆθος δὴ πολλαπλάσιον τοῦ ἡμετέρου στρατεύματος ἀγγέλλεται ἡμῖν εἶναι τὸ Τεμήρεω στράτευμα. ὥστε κατ' ἄμφω δὴ τούτω οὔτ' ἂν συμβουλεύσαιμι θαρροῦντα τῷ ἡμετέρῳ στρατῷ ἰέναι ὁμόσε ἐς τὸ Τεμήρεω στρατόπεδον. ἀλλ' οὐδ'

legatum fore in hac re promittebat, et iuxta animi ipsius sententiam Temirem reconciliaturum. Paiazites respondit "nunquam tantum felicitatis conscendissem fastigium, nec etiam tot duces imperium accipere coegissem, si tuae prudentiae me commisissem. impetu vehementi meaque generositate ductus tanta opera designavi. praeterea quidam reges fortunam et audaciam secuti, neglecta prudentia, eximia fecere opera, cum reliqui interim, qui in omnibus praetulerunt prudentiam, turpissime perierint."

Cum in Armenia foret, animus erat universis copiis in aciem eductis summa vi certare cum hoste. adhibitis igitur in consilium optimatibus, ut praelium faciendum esset, deliberabat. cum essent quorum sententiae in utramque partem inclinarent, fama est Praimen Alcis filium, qui plurimum pollebat apud Paiazitem, sic locutum esse. "o rex, contra viros adornas praelium, qui peritia rerum bellicarum feruntur esse primi ab iis qui eorum animos et virtutem sunt experti. cum his ego quoque saepius in colloquium veni, audivique virtutem eorum miris modis celebrari. praeterea annuntiatur Temiris copias multis modis numero superare nostras. itaque ut modo utrorumque intellexi sententias, si et meum dandum est consilium, consuluero, nostro exercitui fidens, irruere in castra Temiris. verumta-

ἂν εἰ μαχεσάμενοι περιγενοίμεθα, εἴη ἂν ἡμῖν ὄφελος ὁτῳοῦν. εἰ μὲν γὰρ ἐς τὴν ἐκείνων ἐσβάλλοντες ἐμαχόμεθα, ἣν ἂν ὁμοῦ ξύμπαντα ἀγαθά, περί τε τῆς ἀρχῆς ἐκείνου ἀγωνίζεσθαι καὶ περὶ τῆς δυνάμεως. νῦν δὲ καὶ ἢν εἰς μάχην κα-
C θιστάμενοι μαχεσώμεθα, οὐδὲν διὰ τοῦτο ἡμῖν ἔσται. ἢν δέ, ὅπερ ἀπεύχομαι, ἐς τοὐναντίον ἡμῖν τὰ πράγματα περιστῇ, σκόπει δὴ ὦ βασιλεῦ ὁποῖον ἀποβήσεταί σοι ἀπὸ τούτου, τήν τε δύναμιν ἅμα καὶ βασιλείαν ἀποβάλοντι. ξυμβαίνει δὴ οὖν σοι μὴ ἀπὸ τοῦ ἴσου ἀγωνίζεσθαι σοί κἀκείνῳ. πείθομαι δὲ μηδὲ σύμπαντι τῷ στρατεύματι Τεμήρη βασιλέα, εἰ σωφρονεῖ, τὴν μάχην ποιήσασθαι, ἀλλ' ἐς μοίρας ἱκανὰς διελόμενος αὐτοῦ τὰ στρατεύματα διαπειρᾶσθαι ἡμῶν, καὶ εἰ μὲν τῇ μιᾷ μοίρᾳ ἐναντία ἰόντες περιγενοίμεθα, τῇ ἑτέρᾳ αὖθις μετ' οὐ πολὺ χρησάμενος, ἐς ὃ δὴ ἀπαγορεύειν
D ἡμᾶς καμοῦντας μαχομένοις ἐκείνοις· οὐ γὰρ τοιοῦτόν ἐστιν τὸ ἐκείνου στράτευμα, οἷον ἐπειδὰν ἐς χεῖρας ἀφίκηται, αὐτίκα ἐς φυγὴν τραπόμενον οἴχεσθαι· ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τροπῇ βέλτιον ἡμῶν, ἀναλαμβάνειν τε σφᾶς συνιόντας πυνθάνομαι, καὶ ἀναμαχομένους μεγάλα ἀποδείκνυσθαι ἔργα. δοκεῖ οὖν μοι ὁμόσε μέντοι μὴ ἴεσθαι ἐπὶ τὸ Τεμήρεω στράτευμα, διὰ δὲ τῶν ὀρέων πορευομένους ἐφέπεσθαι, ὅτι ἐγγύτατα γενομένους, καὶ ὅπῃ τε προχωροίῃ, κακοῦντας ἐν μέρει τὸ ἐκείνου

men et si praelii aleam iecerimus praeliumque nos victores declaraverit, nescio quae inde nobis sit futura utilitas. sed si hostium regionem fuerimus ingressi, ibique praelii fortunam fuerimus experti, commoda plurima feremus, pugnaturi videlicet pro regno et potentia Temiris acquirendis. nunc autem si summam rei certamini commiserimus, ea nequaquam evenient. sin autem, absit omen, in contrarium res ceciderit, vide quae damna passurus sis, amittens potentiam tantam regnumque tantum? apparet igitur quod tu et ille non ex aequo pugnetis. arbitror autem nec Temirem, si modo sapit, cum universo exercitu praelium initurum: verum copias suas distribuet in turmas magnas et multas, et in hunc modum nos tentabit. et si resistentes fortiter turmam unam vicerimus, alteram et recentem nobis opponet tamdiu, donec laborantes deficiamus, illis strenue pugnantibus. haud enim sic Temiris copiae sunt comparatae ut, ubi ad praelium ventum fuerit, statim in fugam abeant: verum etiam in fuga nobis meliores sunt, et facilius in unum colliguntur dispersi, magna virtutis edentes opera. censeo itaque non obviam eundum esse Temiris exercitui: verum melius et utilius mihi videtur ut eum subsequamur per montes, quam proxime semper instantes, eiusque exercitum laedentes, ubicunque occasio se dederit. hinc apparebit a populationi-

στράτευμα. δῆλα δ' ἂν γένοιτο ταύτῃ ὡς οὔτε ἐπιδρομῇ
χρήσαιτ' ἂν ἔτι τοῦ λοιποῦ ἐφισταμένων ἡμῶν καὶ ἐπισπο-
μένων ἐγγύτατα, σιτίζεσθαί τε οὐκ ἂν ἔτι τοῦ λοιποῦ δύναιτο
ἱκανῶς, ὥστε ἀποχρῶντα εἶναι αὐτῷ τὰ ἐπιτήδεια. ἐπειδὰν
δ' ἐν τῇ ἐκείνου γενώμεθα ἐπισπόμενοι τῷ Τεμήρῃ στρατεύ- P.81
ματι, τηνικαῦτα δὴ ὁρμωμένῳ οἴκαδε τῷ στρατεύματι καὶ
ἐχομένῳ τῆς οἴκαδε ὁδοῦ ἐπιπέσοιμέν τε ἂν καὶ ἀμυνόμενοι
μαχεσαίμεθα."

Ταῦτα εἰπόντος τοῦ Πραΐμεω, ταύτῃ ἐτράποντο καὶ οἱ
λοιποὶ τὴν ψῆφον τιθέμενοι. βασιλεὺς δὲ Παιαζήτης λέγε-
ται εἰπεῖν τοιάδε. "τὸ πλῆθος ἔοικεν, ὦ ἄνδρες, ᾗ ἐγὼ τεκ-
μαίρομαι, ὑμᾶς δεδίττεσθαι. ἀλλ' ἐκεῖνο δὴ καὶ ὑμεῖς ἴστε,
ὡς πλήθους οὐδὲν ὑγιές ἐστιν, ὅπου ἂν ἀρετὴ παραγένη-
ται. ἴστε δὴ καὶ Ξέρξη τὸν Δαρείου, βασιλέα Περσῶν, πλήθη V.64
ὁπόσα ἀγόμενος καὶ ἐς τὴν Εὐρώπην διαβὰς παρὰ βραχὺ
ἐπῄει ἀποθανούμενος, εἰ μὴ Μαρδόνιος ὑποστὰς ἤμυνεν αὐ- B
τῷ τὸν ὄλεθρον ἐπανιόντας ἐς Σοῦσα. καὶ Ἀλέξανδρον ἴστε,
ὡς Δαρείῳ μαχεσάμενος τήν τε βασιλείαν ἀφείλετο καὶ αὐ-
τὸν ἀπέκτεινε. καὶ πολλοὺς δὲ πυθέσθαι οἶμαι τῶν ἡμετέ-
ρων Τούρκων ὀλίγῃ χειρὶ μεγάλα ἀποδείξασθαι ἔργα. καὶ
ἡμεῖς δ' ἐν τῇ Εὐρώπῃ θαμὰ δὴ ἐπὶ τὰς μάχας ἰόντες γένη
τε ἐτρεψάμεθα γενναιότατα δὴ γενόμενα τῶν ἐς τὴν οἰκου-
μένην ἐθνῶν, Κελτούς τε καὶ Παίονας. καὶ διὰ ταῦτα μὴ

16 ἐμήνυεν P 21. θ' ἅμα P

bus eum cohibitum iri, dum nos ei usque incubuerimus, nullibi submoti longius. nec etiam satis frumenti acquirere poterit: proinde commeatus sufficiens deerit. ubi autem in hostilem venerimus regionem, secuti Temiris exercitum, ibi demum manus conseremus cum hoste, cupiente redire domum."

Haec cum peregisset Praimes, reliqui duces pedibus in hanc sententiam ibant. at Paiazites talem exorsus est orationem. "multitudo hostilis exercitus, quantum intelligo, vobis terrorem infert. verum et vos nostis multitudinem inconditam nihil sani vel momenti habere, si virtus ei opponatur. scitis Xerxem Darii filium, regem Persarum, copias quantas in Europam transiens secum adduxerit, et propemodum peremptus abierit, nisi Mardonius periculum substitisset, et indicasset ei mortem imminere, nisi confestim rediret Susa. nec vos fugit ut Alexander devicto regi Dario regnum ademerit, ipsumque interfecerit. plurimos audivisse reor paucam Turcorum manum saepe strenue rem gessisse magnaque fortitudinis opera patrasse. et nos frequenter in Europa praeliantes Gallos et Pannones, gentes earum

οὕτω φαυλίζων ἡμᾶς ἐς γενναιότητα κακίους τε καὶ φαυλοτέρους ἀποφαίνου Σκυθῶν τε Τζαχαταίων, οἳ ξίφει οὐδεπώποτε οὐδαμῇ ἐχρήσαντο, ἀλλ' ἢ τόξῳ μόνῳ καὶ ὀϊστοῖς βάλλοντες ἐς χεῖρας ἰέναι οὐ πάνυ τι ἐθέλουσι.

C Ταῦτα εἰπόντος τοῦ βασιλέως λέγεται τὸν Εἰενὲ ἄρχοντα ἐπειπεῖν τοιάδε. "ἐπεὶ τοίνυν δοκεῖ σοι ὦ βασιλεῦ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἡμᾶς ὁμόσε ἰέναι, ἴθι δὴ πειθόμενος ἐμοὶ τούς τε θησαυροὺς ἀνεῳγὼς δίδου τῷ στρατεύματι πονήσαντι καὶ κεκμηκότι. ὡς ἐφ' ὅ τι ἂν γένοιτο τὰ πράγματα ἰόντα, τούτων δὲ τῶν σῶν θησαυρῶν οὕτω διδομένων τοῖς στρατιώταις ἐν κέρδει ἐσομένων ἡμῖν καὶ οὐκ ἀπολουμένων. ἤν τε ἐφ' ἡμῖν γένηται, πολλαπλάσια ἕξομεν κερδανοῦντες· ἤν τε ἐπὶ τῷ Πέρσῃ, ἄμεινον ὂν ταύτῃ γενόμενον." ταῦτα λέγων οὐκ ἔπειθε Παιαζήτῃ, ἔνθα γνώμην ἀποφηνάμενος ὡς τῇ Τεμήρεω D σφραγῖδι ἐσφράγισται ἄρα τὰ Παιαζήτεω χρήματα, καὶ διὰ ταῦτα οὐ τολμῴη αὐτὰ διανεῖμαι τοῖς στρατιώταις.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐς τοσοῦτον ἐβουλεύετο Παιαζήτῃ· μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς ἐλαύνων οὐκ ἀνίη, ἀφίκετο ἐπὶ Οὔγκραν τῆς Φρυγίας πόλιν, ἔνθα δὴ καὶ Τεμήρης ἐστρατοπεδεύετο, ἐπὶ Μυσίαν ἐν νῷ ἔχων καὶ ἐπὶ Προῦσαν τὰ βασίλεια Παιαζήτεω στρατεύεσθαι. ὡς δὲ ἀγχοῦ ἐγένετο τοῦ Τεμήρεω στρα-

5. λέγεταί τινα τῶν ἐννέα ἀρχόντων H

quas orbis habet generosissimas, in fugam coniecimus. quapropter ne nos contempseris, et ne peiores contemptioresque, quantum ad fortitudinem attinet, nos Scythis et Tzachataeis ostenderis; qui nunquam gladiis rem gerunt, sed sagittas et iacula emittentes nunquam libenti animo ad pugnam accedunt."

Ut dicendi finem fecit rex, unus de numero novem ducum huiusmodi sermonem habuit. "quoniam igitur, o rex, certum est et animo tuo iam fixum ut in hostem pergamus, age thesauros tuos reclude, et dispartire eos per exercitum laborantem. utcunque inde belli ceciderit alea, si in eum modum thesauros militibus distribueris, nobis hi lucro erunt. si victoriae casum invenerimus, immensa bonorum aderit copia: si Persa vicerit, non poenitebit, quemadmodum consulo, cum thesauris egisse." Paiaziti tamen persuadere nequivit. hinc fertur dux dixisse "ergo Temiris signum Paiazitis numisma tenet; quare permotus non audet id distribuere per milites."

Haec quidem hactenus deliberabat Paiazites. postea proficiscens, cum nihil perficeret, pervenit Uncram Phrygiae urbem. ibi cum exercitu erat et Temires, bellum promovens contra Mysiam, animo agitans bello petere Prusam, regiam Paiazitis sedem. cum autem appropinquasset Temiris exercitui, etiam ipse castra posuit, spatio inter

τεύματος, ἐστρατοπεδεύετο καὶ αὐτὸς ἐπὶ σταδίους πεντεκαί-
δεκα ἀπὸ τοῦ Τεμήρεω στρατοπέδου. ἔνθα δὴ λέγεται τὸν
Τεμήρη, ὡς ἐπιόντα στρατοπεδεύεσθαι ἐπύθετο, θαυμάσαι
τε τὴν τόλμαν αὐτοῦ, καὶ ὡς ἀπὸ Ἀρμενίων ταχὺ παρεγέ-
νετο ἐπ' αὐτόν, καὶ ὡς οὕτω ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς καθίστατο P.82
αὐτῷ ἐς μάχην, οὕτω δὴ ἐν τάχει σὺν τῷ στρατεύματι ἐλαύ-
νων. καὶ ἐφ' ἵππον δὴ λέγεται ἀναβάντα ἐλάσαι τε ὅτι ἐγ-
γυτάτω τοῦ στρατοπέδου Παιαζήτεω, καὶ τὰς φυλακὰς θεα-
σάμενον καὶ τὸ στρατόπεδον, ὡς ἐσκήνωτο, ἀνακαγχάσαι τε
καὶ εἰπεῖν "ἄξιος ἡμῖν οὗτος λαίλαπι παραβάλλεσθαι τῆς
τόλμης αὐτοῦ. οὐ μέντοι γε ἀρετῆς ἕνεκα χαίρων γε ἀπαλ-
λάξεται. ἔοικεν ὑπὸ δαίμονος πολεμίου ἐλαύνεσθαι οὕτω
πάνυ· μελαγχολᾷ γὰρ δὴ ὁ κακοδαίμων καὶ οὐκέτι σωφρο-
νεῖ." ταῦτα εἰπόντα ἐλάσαι τε ἐπὶ τὸ ἑαυτοῦ στρατόπεδον. 1402
καὶ τῇ ὑστεραίᾳ αὐτὸν σὺν τοῖς ἀρίστοις αὐτοῦ, ἔχοντα ἀμφὶ d. 20 Iul. B
τῇ . . . ., ἐπιπέμψαι Σαχροῦχον τὸν παῖδα αὐτοῦ ἐπὶ Παια-
ζήτη. ἐνταῦθα ὡς ᾔσθετο ἐπιὸν τὸ Τεμήρεω στράτευμα
κατ' αὐτοῦ, παρετάξατο καὶ αὐτὸς ἐπὶ λόφου τινὸς ὡς μα-
χούμενος. καὶ τὸ εὐώνυμον αὐτοῦ μέρος τοῦ κέρατος εἶ-
χεν ὁ τῆς ἕω στρατηγός, τὸ δὲ δεξιὸν εἶχεν ὁ τῆς Εὐρώ-
πης ἡγεμών· ἐν μέσῳ δὲ ἐπὶ τοῦ λόφου ἵδρυτο ὁ Παιαζή-
της σὺν τοῖς νεήλυσι καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτόν. Σαχροῦχος δὲ V.65
ἔχων τοὺς Τζαχαταΐδας καὶ τῶν Περσῶν τοὺς ἀρίστους

2. τῷ Τεμήρῃ P 16. ἐπιὼν P

utrorumque castra relicto stadiorum quindecim. fama est Temirem, ut accepit in propinquo esse cum exercitu Paiazitem, viri audaciam admodum esse miratum, videlicet quod tanta celeritate ex Armenia venisset, et iam ex aperto secum bellum gereret. conscenso igitur equo profectus est, et quam proxime potuit ad Paiazitis castra accessit. ut autem custodias et vigilias necnon situm castrorum est speculatus, cum risu fertur dixisse "dignus profecto vir ille est ut turbini conferatur, non propter suam virtutem, verum magis propter insignem audaciam. attamen praeclare secum actum esse putabit, si poterit incolumis effugere. genio suo parum dextro instigatur: adeo plenissime insanit vir ille, nec rationis amplius compos est infelix." his dictis ut finem statuit, celeriter in castra sua reversus est. postero die cum delecta manu militum numero circiter * * * misit Sachruchum filium contra Paiazitem. qui ut accepit adversum se properare hostem, aciem instruit in colle quodam, quasi pugnae copiam facturus. sinistrum cornu tenebat dux ab Oriente, dextrum regebat dux Europae; in medio autem curabat Paiazites cum peregrinis et satellitibus suis. Sachruchus habens Tzachataidas et Persarum optimates pergebat agmine composito contra Paiazitem; nec tamen eos

ἐπῄει συντεταγμένῳ τῷ στρατεύματι ἐπὶ Παιαζήτην. οὐ μέν-
C τοι γε ἐκυκλοῦτο, ἀλλὰ ἐδίδου χώραν ἀπιέναι, εἰ βούλοιντο, ὡς ἂν μὴ κυκλούμενοι σφῶν ἀμείνονες γένοιντο, περὶ ψυχῆς ἀγωνιζόμενοι. συνέβαλέ τε κατὰ τὸ τῆς Εὐρώπης στράτευμα, καὶ ἐμάχετο. ὡς ἐπὶ πολὺ μὲν τῆς ἡμέρας ἐμάχοντο, ὥστε μηδ' ἀναπαύεσθαι ἔχειν τὸ Παιαζήτου στράτευμα. Τριβαλλοὶ δὲ ἐνταῦθα ἄνδρες γενόμενοι ἀγαθοὶ ἐμάχοντο ἀξίως λόγου, καὶ ἐμβαλόντες ἐς τοὺς Τζαχατάϊδας τά τε δόρατα κατέαξαν, καὶ διηγωνίζοντο ἐντεταμένως ἐχόμενοι τοῦ ἔργου. Παιαζήτης δὲ ὡς ἑώρα τὸ τῆς Εὐρώπης αὐτῷ στράτευμα κινηθὲν ἐς πρόσω καὶ μαχόμενον, ἀνεκαλεῖτο μὲν ἐν τῇ ἀκμῇ τῆς Εὐρώπης τὸν στρατηγόν, ὀρρωδῶν μὴ παρα-
D συρεὶς κυκλωθείη καὶ κινδυνεύσῃ διαφθαρῆναι, μετεπέμπετο ἐς τὸν χῶρον ἐς ὃν ἵδρυτο τὴν ἀρχήν. καὶ πρῶτα μὲν οὐχ ὑπήκουσε, δεδιὼς τὸ πρᾶγμα· μετὰ δέ, ὡς ἐπιφερομένου αὐτῷ τοῦ βασιλέως καὶ βλασφημοῦντος, ἀνεκαλεῖτο τὴν σύνταξιν. ἐνταῦθα οἱ Τζαχατάϊδες ἐπεισπεσόντες τοῖς Τούρκοις ἐπέκειντο πάνυ φονεύοντες, ἐς ὃ δὴ ἐς φυγὴν κατέστησαν αὐτοὺς τραπῆναι. ἐνταῦθα ὡς ὥρμηντο ἐς φυγήν, ἐπικειμένων τῶν πολεμίων καὶ τὸ ἀπὸ τῆς Ἀσίας στράτευμα αὐτίκα ἐς φυγὴν ὥρμητο. καὶ αὐτίκα ὁ Παιαζήτης ἰδὼν ταῦτα οὐκέτι ἐνέμεινεν, ἀλλ' ἐπὶ ἵππον θήλειαν ἀναβὰς ἔφευγε κατὰ κρά-
P. 83 τος. ἐνταῦθα ὡς πρότερον κήρυγμα πεποιημένου Τεμήρεω

circumvenire statuebat, concedens ipsis abeundi, si vellent, locum, ne scilicet circumventi ab omni parte ex desperatione, quasi inclusi, animos sumerent, et acrius pro salute deinde certantes victoriam invenirent. primo aggressus est Europae exercitum. ut autem pugna ad multum diei est extracta, neque quietem a pugnando Paiazitis milites haberent, ibi Triballi pristinae suae virtutis memores praelium ciebant magna cum fortitudine et gloria; impetumque dantes in Tzachataidas hastas infregerunt, magna cum vehementia praelio incumbentes. Paiazites ut conspicatus est Europaeum exercitum longius a se evectum cupidine pugnae, illico ducem Europaei exercitus revocat, timens ne, si eius exercitus esset longius a monte submotus, ipse ab hostibus circumduceretur et in periculum vitae veniret. iubebat igitur eum regredi in eum locum ubi ab initio collocatus erat. at dux primo nequaquam dicto audiens fuit, veritus rem quae parabatur. deinde cum rex violentius saeviret nec convitiis abstineret, paruit, aciesque revocata est. ibi tum Tzachataides acriter instantes occidebant Turcos plurimos, donec terga darent. qui cum fugerent persequentibus hostibus, etiam exercitus Asianus haud stetit, verum continuo fugam arripuit. Paiazites vi-

βασιλέως μηδένα κατακαίνειν τῶν τοῦ Παιαζήτου, μόνον δὲ ἀπεκδυόμενοι τούτους ἠφίεσαν· οὐ γὰρ ἐξῆν ὁμοφύλους ὄντας ἀνδραποδίζεσθαι. Παιαζήτης δὲ τἀναντία τούτων κηρύξας ἐς τὸ στρατόπεδον, ὡς ὃν ἂν λάβοιεν τοῦ Τεμήρεω στρατοῦ, πάντας κατακτείνειν. Σαχροῦχος μὲν οὖν ὡς ἐτρέψατο Παιαζήτην, ἤδη τὰ στρατεύματα Τεμήρεω, καὶ ὅσα ἐμάχοντο καὶ ὅσα ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου ἐτύγχανεν ὄντα, ὥρμητο ἐπὶ τὸν Παιαζήτεω στρατὸν φθῆναι βουλόμενος. καὶ ἐπὶ τὴν χώραν ἐτράποντο ἐπὶ διαρπαγήν, ἐπιδρομῇ χρησάμενοι, ἔστε τὴν Ἰωνίαν καὶ ἐς τὸν Ἑλλήσποντον· ἔνθα δὴ πολλαὶ μὲν κῶμαι ἐλήφθησαν, πολίσματα δὲ ἐρημώθη ὅτι πλεῖστα, τῶν B ἱπποδρόμων τοῦ Τεμήρεω ἀνὰ τὴν χώραν τοῦ Παιαζήτεω διαθεόντων ἁπανταχῇ.

Περὶ δὲ τὸν Παιαζήτην τοιόνδε ξυνηνέχθη γενέσθαι. ὡς γὰρ ἔθει ἀνὰ κράτος οὗτος, ἐπέκειντό τε καὶ ἀπεδίωκον οἱ Τζαχατάϊδες, ἁμιλλώμενοι ἑλεῖν αὐτόν. καὶ πολὺ μὲν προὔλαυνεν ἅτε ἐπὶ ἵππῳ ταχυτάτῳ ἐπιφερόμενος· μετὰ δέ, ὡς ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἀφίκετο, τὴν ἵππον λέγουσι διψήσασαν καρτερῶς ἐθελῆσαι τοῦ ὕδατος· Παιαζήτης γὰρ ἐνόσει τὼ χεῖρε καὶ τὼ πόδε ὑπὸ ποδάγρας, καὶ κατασχεῖν οὐχ οἷός τε ἐγένετο. ἐνταῦθα δὴ ὑποχαλάσαι τὴν ἵππον ὑπὸ τοῦ ὕδατος

1. καταβαίνειν P

dens in quo statu res suae essent, conscendit equam totisque viribus fugit. Temires cum prius praeconium dimisisset per castra, ne quem de Paiazitis exercitu caperent et ad mancipiorum condicionem miseram deducerent, curavit ut spoliatis abire liceret: non enim fas esse ducebat ut gentiles suos ad mancipiorum formam redigerent. at Paiazites contrarium, antequam praelium iniretur, per castra voce praeconis nuntiari iusserat, nempe ut quemcunque de Temiris militibus fuerint nacti, eum illico obtruncarent. Sachruchus igitur ut in fugam verterat hostem, iam Temiris copiae, quae in castris expectarant, iunctae pugnantibus impetu ferebantur, volentes praeverteré Paiazitis exercitum. conversi itaque ad populationes maximam vastitatem fecere in Ionia et Hellesponto. vici occupati sunt plurimi; oppidula in desolationem migrarunt plurima, ubique equitibus Temiris in Paiazitis regione grassantibus.

Interim autem haec accidere Paiaziti fugienti. cum fugeret pernicissimo cursu, fugientem insequebantur Tzachataides, affectantes eum capere. iam multum itineris fugiendo confecerat, ut qui velocissima veheretur equa. postea cum forte venisset ad flumen, equa intoleranda siti stimulata bibere cupiebat. Paiazites autem chiragra et podagra gravissime laborabat: proinde equam a potandi cupidine inhibere haud poterat. equa igitur ut bibit, parum dissoluta nonni-

καὶ λειφθῆναι τοῦ δρόμου, ὥστε τοὺς στρατιώτας Τεμήρη
C συλλαβεῖν τε Παιαζήτην, καὶ ἀγαγεῖν παρὰ βασιλέα Τεμήρη.

Ἑάλωσαν μὲν οὖν ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ καὶ Μωσῆς καὶ πάντες σχεδὸν οἱ τοῦ Παιαζήτεω ἄρχοντες, οὐ μὴν χαλεπὸν ἔπαθον ὁτιοῦν, πλὴν τῶν ἱματίων. καὶ γὰρ Μωσῆς ἐδόκει τε τῶν ἄλλων κράτιστος γεγονέναι· καὶ διὰ τοῦτο περιῆγεν ἔχων ἐν τῷ στρατοπέδῳ καὶ δίαιταν παρεχόμενος. ἑάλω δὲ καὶ ἡ γυνὴ τοῦ Παιαζήτεω ἐν Προύσῃ· ὡς γὰρ τήν τε
V.66 Προῦσαν ἐπέδραμον, καὶ τὰς γυναικωνίτιδας ἀφείλοντο. πρὸς δὲ καὶ τὴν Ἐλεαζάρου θυγατέρα, Παιαζήτεω δὲ γυναῖκα, ἀλόντες ἀπήγαγον παρὰ βασιλέα. Μουσουλμάνης μὲν οὖν καὶ Ἰησοῦς καὶ Μεχμέτης καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Παιαζήτεω παί-
D δων κατελείφθησαν, καὶ οἱ μὲν ἐν τῇ Εὐρώπῃ οἱ δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ὄντες διεσώζοντο, ὅποι ἑκάστῳ προυχώρει.

Τῷ μέντοι Παιαζήτῃ, ὡς ἤχθη ἐναντίον βασιλέως, λέγεται εἰπεῖν αὐτῷ τοιάδε. "ὦ κακόδαιμον, τί δὲ οὕτω πάνυ τὸν σαυτοῦ δαίμονα ἐβιάσω, προκαλούμενος ἡμᾶς ἐπὶ μάχην; ἢ οὐκ ἐπύθου ὡς τῷ ἐμῷ τῷδε στρατεύματι δυστήνων παῖδες ἀντέστησαν;" Παιαζήτης δὲ ὑπολαβὼν ἀμείβετο, ᾗ δὴ λέγεται, ὡς οὐκ ἂν δὴ ἐς τοῦτο τύχης ἀφικοίμην, ἂν μὴ αὐτῷ παρείχετο πράγματα ἐκεῖνος, τά τε ἄλλα καὶ ἀπὸ ἐθνῶν τῷ Μεχμέτῃ τῷ ἥρωι πολεμίων θαμὰ ἀνακαλούμενος. "ἀλλ'

11. ἑλόντες? 13. κατειλήφθησαν P 17. ἐβιάζω P 22. πολεμίῳ P

hil de cursus pernicitate remisit, adeo ut milites Temiris Paiazite potirentur, captumque ad suum regem traherent.

In hoc praelio captus est Moses; capti sunt reliqui pene omnes Paiazitis duces. nec tamen quicquam periculi passi sunt, nisi quod vestibus sunt spoliati. etenim Moses videbatur reliquis praestantior robore: proinde eum circumductum secum in castris habuit, victum ministrans. Paiazitis uxor in hostium manus venit Prusae: nam incursionem etiam in Prusam fecerunt, et gynaeceum inde rapuerunt. Eleazari filiam, Paiazitis uxorem, rapientes abduxerunt ad regem. Mulsumanes, Iesus, Mechmetes et reliqui Paiazitis filii in hostium potestatem venere. qui in Europa et Asia erant, ut poterant salvabantur.

Paiazitem, cum adductus esset in conspectum regis, sic Temires allocutus est. "o infelix, quid adeo malum tuum coegisti genium, ut nos bello lacesseres? an non audivisti quod meo exercitui miserorum filii resistunt?" Paiazites respondens inquit "nequaquam ad tantam infelicitatem venissem, ni tu mihi negotia fecisses, caetera quoque provocatus a gentibus heroi nostro infestis." "verum" ait

ἢν μὴ ἐτετύφωσο" ἔφη Τεμήρης, "οὕτω μέγα πάνυ φρονῶν, οὐκ ἂν δὴ ἐς τοῦτο συμφορᾶς, οἶμαι, ἀφίκου· οὕτω γὰρ P. 84 εἴωθε τὸ θεῖον τὰ πάνυ μέγα φρονοῦντα καὶ πεφυσημένα μειοῦν ὡς τὰ πολλὰ καὶ σμικρύνειν." ἐνταῦθα δὴ ἐπιμέμψασθαι αὐτῷ λέγεται βασιλέα Τεμήρη τὴν ἐπὶ τοὺς κύνας τε καὶ ἱέρακας φιλοτιμίαν, ὡς ἀνδρὶ κυνηγῷ ἐῴκει τὴν τέχνην, καὶ οὐκ ἄρχοντι ἄγοντι ἐς πολέμους· λέγεται γὰρ Παιαζήτης ἐς τοὺς ἑπτακισχιλίους κτήσασθαι ἱερακοφόρους καὶ κύνας ἀμφὶ τοὺς ἑξακισχιλίους. ἐνταῦθα τόνγε Παιαζήτην φάναι ὑπολαβόντα "ἀλλὰ σοὶ μὲν τῷ Σκύθῃ, λῃστῇ ἔτι ὄντι καὶ ταύτην ἐπιτηδεύοντι τὴν τέχνην, οὐ πάνυ τι ἂν προσήκοι ἄγρας οὐδὲ κυνηγεσίων· ἐμοὶ δὲ ἐς τοῦτό τε γεννηθέντι καὶ τεθραμμένῳ, τῷ Ἀμουράτεω τοῦ Ὀρχάνεω, βασιλέων παιδί, B μετῆν καὶ κυνῶν καὶ ἱεράκων φιλοτιμίας." ἐνταῦθα δὴ ἀχθεσθέντα τὸν βασιλέα περιαχθῆναι ἐς τὸ στρατόπεδον ἐκέλευσεν ἐπὶ ἡμιόνου, καὶ συριττόμενον ὑπὸ τοῦ στρατοπέδου περιαγαγεῖν. ὡς δὲ περιαχθέντα ἤγαγον, ἔρεσθαι αὐτὸν λέγεται εἰ τοῦ γένους ἐκεῖνα τυγχάνει ἐπιτηδεύματα, ὡς τὰ τῶν ἱεράκων τε καὶ κυνῶν. μετὰ δὲ ταῦτα ἐν φυλακῇ ἐποιήσατο, καὶ ἄρας σὺν τῷ στρατεύματι ἤλαυνεν ἐπὶ Ἰωνίαν καὶ τὴν ταύτῃ πάραλον χώραν, ἐν νῷ ἔχων αὐτοῦ τε διαχειμάσαι καὶ ἦρος ἐπιφαινομένου ἐς τὴν Εὐρώπην διαβῆναι. ἐπενόει γάρ, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται, ἐς τὴν Εὐρώπην διαβὰς πᾶ- C

Temires "si non adeo sublati tibi essent animi, nunquam ad istam praecipitatus esses miseriam. sic namque solet numen plerumque fastuosos deprimere et ad humilem fortunam deiicere." deinde misit Temires Paiaziti accipitres et canes et reliquum huiusmodi apparatum, ut qui venatori potius quam imperatori in hostes ducenti comparandus esset. aiunt Paiazitem habuisse septem milia virorum qui accipitres curarent; praeterea aluisse canes sexies mille. respondens itaque Temiri Paiazites inquit "verum, o Temires, qui es Scytha et latro, latrocinandique artem usque exerces, satis scio parum tibi convenire cum canum accipitrumque studio. mihi vero, qui sum natus et educatus ab Amurate Orchanis filio, qui ambo reges extitere, congruit canum et accipitrum studium." rex Temires hoc responso graviter offensus impositum mulo per castra agi iubet, propinans eum militibus deridendum. ut autem iam omnibus satis ridiculo fuit, reductum ad se interrogavit, an etiam ista studia sui generis sint, quemadmodum accipitrum et canum. deinde Paiazitem in vincula coniecit. motis postea castris iter in Ioniam et finitimam eius regionem intendit, in animo habens ibi hibernare. vere appe-

σάν τε ὑφ' αὑτῷ ποιήσασθαι, ἐς ὃ δὴ ἐπὶ τὰς Ἡρακλείους ἀφίκηται στήλας, ἐντεῦθεν δὲ αὖθις ἐς Λιβύην διαβῆναι, καὶ διὰ τῆς Λιβύης ἐπανιέναι ἐς τὴν ἑαυτοῦ χώραν, ξύμπασαν ὑπαγόμενος τὴν ταύτῃ ἤπειρον τῆς οἰκουμένης. ἐπρεσβεύετο μὲν οὖν καὶ πρὸς τὸν Βυζαντίου βασιλέα, τήν τε διάβασιν αἰτούμενος αὐτὸν πλοῖά τε καὶ τριήρεις.

Λέγεται δὲ καὶ τόδε βασιλεὺς Τεμήρης ἐς Παιαζήτη. ὡς γὰρ ἀπήχθη ἡ γυνὴ αὐτοῦ, Ἐλεαζάρου θυγάτηρ, ἧς δὴ μάλιστα τῶν ἄλλων ἐραστὴς ἐτύγχανε Παιαζήτης καὶ περιῆγε μεθ' ἑαυτοῦ ἔχων ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ἐπιστῆσαί οἱ ἐναντίον
D *τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, οἰνοχοῆσαί οἱ. τὸν δὲ εὖ μάλα ἀχθεσθέντα εἰπεῖν λέγεται "ἀλλ' οὔτ' ἂν συμφώνως τῷ σῷ πατρὶ καὶ μητρὶ ἐργάζοιο· ἰδιωτῶν γὰρ τούτων καὶ πενήτων γενόμενος δίκαιος ἂν εἴης ὥστ' ἂν ἐπικερτομῆσαι βασιλέων παισί τε καὶ γυναιξί, καὶ ἐξυβρίζεις ἐς τοὺς σοὺς τῇ φύσει δεσπότας." τούτῳ μὲν τοιαῦτα λέγοντι γέλωτά τε ἐποίει τοὺς λόγους, καὶ ἐπιχλευάζων ἐπέσκωπτεν οἷα οὐδὲν ὑγιὲς οὔτε φρονοῦντι οὔτε λέγοντι.*

Οἱ μέντοι Παιαζήτεω ἄρχοντες, ἐς λόγους ἀφικόμενοι
V. 67 *τοῖς Τεμήρεω ὀρυκταῖς, ᾗ φασίν, ὑπέσχοντο ἀργύριον τελέ-*
P. 85 *σαι πάμπολυ, εἰ ὑφέλοιντο Παιαζήτη ὑπορύξαντες. ἔνθα δὴ*

tente in Europam profectionem parabat, quemadmodum supra docui, ut in eam transvectus universam in dicionem acciperet, usque ad Herculis columnas progrediens. inde in Libyam iter avertere et ex Libya in suam regionem redire in animum inducebat, universa ista orbis continente imperio suo iuncta. misit legatos ad Byzantii regem petens liberum transitum et naves triremesque, quibus copias suas transmittere posset.

Etiam istam iniuriam Temires Paiaziti fecit. ut enim Eleazari filia, Paiazitis uxor, quam prae caeteris ardentissimo amore complectebatur et secum in castris semper habebat, captiva abducta est ad Temirem, iussa est in conspectu mariti sui vinum infundere. hinc Paiazites ira accensus in haec verba prorupit "neque paterno neque materno tuo genere digna facis. cum enim natus sis ex parentibus idiotis et ingloriis pauperibusque, haud tibi decorum est adeo turpiter insultare regum liberis et uxoribus. hoc modo etiam eos qui tibi natura sunt domini, probris oneras." haec dicens ingentem risum movebat Temiri, qui hominem pro ludibrio habebat, ut qui nihil sani nec diceret nec saperet.

Paiazitis duces cum in colloquium venissent Temiris fossoribus, eos promissis accendebant, daturi immensam argenti vim, si cuniculo acto in eam castrorum partem, ubi vinctus asservabatur Paiazites,

ὀρύγματα ποιησάμενοι ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ εἰς τὴν σκηνὴν ἐν ᾗ ἐσκήνου Παιαζήτης ἐν φυλακῇ ὢν ἐξιόντες, ὤφθησαν ὑπὸ τῶν ταύτῃ φυλάκων καὶ ἑάλωσαν· οὐ γὰρ ἐντὸς ἐγένοντο τῆς σκηνῆς, ἀλλ' ἐκτός, ᾗ ἐφύλασσον πέριξ γενόμενοι ἄνδρες ὑπὸ Τεμήρεω ταχθέντες. ταύτῃ ὡς ἐξήεσαν καὶ ἑάλωσαν, ἀπετάμοντο τὰς κεφαλὰς ὑπὸ βασιλέως.

Ἐπὶ Σμύρνης μὲν οὖν ἀφικόμενος τήν τε Σμύρνην εἷλε τροχίσκοις, καὶ τὴν ἐν τῷ αἰγιαλῷ ἄκραν ὑπὸ Ῥωμαίων ταύτῃ κατεχομένην ὑπορύξας κατέλαβέ τε, καὶ ταύτην ἑλὼν πολίσματά τε ἄλλα τῆς χώρας ταύτης ἐπελαύνων ᾕρει, ὥς οἱ B προυχώρει προσβάλλοντι ἐφ' ἕκαστον. τριχῇ γάρ, λέγεται, διῄρει τὰς πόλεις Τεμήρης, τοῖς τε τροχοῖς. κύκλοι δὲ ὄντες οὗτοι καὶ κλίμακας ἔχοντες ἐντὸς ὥστε ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ τεῖχος, ἐς τὴν τάφρον ἄγοντες ἐπετίθεσαν ἄνδρες διακόσιοι ἕκαστον τεταγμένοι, διὰ τοῦ τροχοῦ εἰσιὼν ἕκαστος, ἔστε πέραν τε ἐγίγνετο τῆς τάφρου, στεγαζόμενοι ὑπὸ τοῦ τροχοῦ. ὡς δὲ πέραν γίγνοιντο, ἀνέβαινον τὰς κλίμακας, καὶ οὕτω ᾕρουν τὴν πόλιν. μετὰ δὲ πολλοὶ ὄντες αὐτῷ ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἔχουν τὴν πόλιν, ὥστε ἐπὶ τὸ τεῖχος τὰ χώματα ἀναβαίνειν, καὶ ἄνω διὰ τῶν χωμάτων ἡλίσκετο αὐτῷ τὸ τεῖχος. C εἶχε δὲ καὶ ὀρυκτὰς ἐς μυρίους, καὶ ὀρύσσοντες τὰ τείχη

11. προσβάλλονται P: corr Hamakerus. post ἕκαστον cum Hamakero omisi, quae huc ex p. 162, 4 irrepserant, ὡς δὲ ἔαρ ἦν τε καὶ ὑπέφαινε. 12. διῄρει] ᾕρει? 15. ἐς τὸ P

emersissent eumque inde eripuissent. fodientes itaque versus castra et tentorium, ubi in vinculis erat Paiazites, tandemque prorepentes visi sunt custodibus et capti. non enim intra tentorium ubi Paiazites erat, sed extra ex cuniculo prodierunt, ubi viri erant quibus Paiazitis custodia a Temire erat mandata. ea igitur parte ex cuniculo fossores egressos et captos rex iussit obtruncari.

runt Turachanis manus, ab regiis praefectis crudelissime occisi sunt, cum alius isto alius alio mortis genere miserabiliter interiret.

Amurates reversus ab expeditione quam contra Caramanum sumpserat, e regia sua Mezetem, quem Europae ducem declararat, accipere iussit copias equitum et peditum quantas vellet, et proficisci contra Pannodaciam, ut eam suo imperio iungeret. qui accipiens Europaeum exercitum et Europae Azapides equitatumque regis omnem, qui in Europa agebat, pervenit ad Istrum; quo traiecto ingressus est Pannodaciae regionem quae Ardelium nominatur. Ardelium a Prasobo monte in Pannoniam usque excurrit. regio ista cingitur quercetis glandiferis, urbesque habet non paucas. metropolis Tosibinium vocatur. lingua utuntur partim Dacorum et partim Pannonum. victu et moribus Pannones imitantur. haec regio subiecta est Pannonum regi, a quo ducem accipit de Pannonum genere. urbes habet liberas, quae proprio iure propriisque legibus ab metropoli Tosibinio reguntur. iussi proficisci in militiam regi parent, tributum ferentes quandocunque is imperaverit; solummodo petentes ut sibi proprio iure suisque legibus rem publicam administare liceat. contra hanc igitur metropolim, ubi Istrum transierat, Mezetes universam

καὶ ἀγχοῦ ἐπὶ τῇ πόλει γενόμενος ἐστρατοπεδεύετο. ἐνταῦθα δὲ ὡς ἐπολιόρκει τὴν πόλιν, τηλεβόλῳ βληθεὶς ὁ τοῦ στρατοῦ ἡγεμὼν ἐτελεύτησε. μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς ἀπεχώρει ἐντεῦθεν ὁ στρατὸς ἐπειγόμενος ἐπὶ τὴν διάβασιν τοῦ Ἴστρου, B συλλεχθέντες οἱ τοῦ Ἀρδελίου ἄνδρες, ὡς ἠδύναντο φθῆναι τὸν στρατὸν ἔτι ἐν τῇ χώρᾳ διατρίβοντα, πολλούς τε κατέβαλλον τοῦ στρατεύματος, καὶ τρεψάμενοι ἐδίωκον φεύγοντας ἐπὶ τὸν Ἴστρον.

Μεζέτης μὲν οὖν ἀφικόμενος ἐπὶ Ἀρδέλιον οὕτως ἐτελεύτησε, καὶ ἀπεγένετο οὐκ ὀλίγον τι τοῦ στρατεύματος· βασιλεὺς δὲ ὡς ἐπύθετο τὸν Μεζέτου θάνατον, συμφοράν τε ἐποιεῖτο, καὶ παρεσκευάζετό τε αὐτὸς ἐπὶ Παιονοδακίαν στρατευσόμενος, καὶ κήρυκας πέμπων περιαγγέλλοντας τὴν ἐξέλευσιν αὐτοῦ ἅμα ἦρι ἐδόκει ἐξελαύνειν. μετὰ δὲ συμβουλεύσαντος Σαβατίνεω εὐνούχου, ἀνδρὸς τὰ ἐς πόλεμον αὐτοῦ πολλαχῇ γενομένου, ἐπέτρεψέ τε τὸν στρατὸν αὐτῷ, καὶ C ἐκέλευσε λαβόντα ἐξηγήσασθαι ἐπὶ Παιονοδακίαν, καὶ μὴ ἀνιέναι πρὶν ἢ καταστρεψάμενον ἀπελαύνειν. οὗτος μὲν δὴ παραλαβὼν τὸν βασιλέως στρατὸν καὶ νεήλυδας τῶν θυρῶν ἀμφὶ τοὺς τετρακισχιλίους, τόν τε Ἴστρον διέβαινε καὶ τὸν στρατὸν αὐτοῦ σύμπαντα διεπορεύετο ἐς τὴν Ἀρδελίου χώραν. ἤλαυνε δὲ διὰ τῆς Παιόνων χώρας ἡμέρας τινάς. Ἰάγ-

10. ὀλίγους τοῦ P

belli molem vertit; et cum quam proxime ad eam accessisset, ibi castra communivit. hic cum urbis oppugnationi summa ope incumberet, ictus bombarda occubuit. postea cum exercitus hostilis maturaret abitum et festinaret ad Istrum traiiciendum, congregati regionis viri, cum praevenire hostes in sua regione possent, plurimos eorum clade maxima straverunt. reliquos in fugam effusos usque ad Istrum insecuti sunt.

Mezetes profectus in Ardelii regionem, amissis non paucis de suo exercitu, huiusmodi vitae exitum habuit. rex maximam suam esse calamitatem duxit mortem Mezetis. parabat igitur ipse expeditionem suscipere contra Pannodacos, missisque per suum regnum praeconibus edicebat ut primo vere adessent omnes. postea mutata voluntate Sabatini eunucho, viro rei militaris peritissimo, belli istius curam omnem mandavit, cum eunuchus id consilium regi et optimum et tutissimum fore censeret. iussit quoque rex ut non prius bello desisteret quam devicisset Pannodacos sive Transsylvanos. hic igitur accipiens regis exercitum et peregrinorum de ianuis regis quasi quattuor milia, Istrum transivit, et copias omnes in Ardelii regionem induxit. dehinc aliquot diebus iter fecit per Pannoniae regionem.

γος δὲ ὁ Χωνιάτης, ἀνὴρ τότε δὴ εὐδοκιμῶν παρὰ τοῖς Παίοσι καὶ τό τε Ἀρδέλιον ἐπιτετραμμένος ὑπὸ τῆς Παιόνων βουλῆς, συνήγαγέ τε στρατὸν ὡς μέγιστον ὡς ἠδύνατο ἀπὸ Ἀρδελίου, καὶ Παιόνων συμπαραλαβὼν ἐπῄει, ἑπόμενος τῷ Σαβατίνῃ κατὰ τὸ ὄρος. Σαβατίνης μὲν δή, ὡς ἐντὸς τῆς χώρας D ἤδη ἄλλος γενόμενος, ἐνόμιζε καλῶς ἔχειν αὐτῷ τὴν χώραν ἐπιδραμεῖν. ἐπαφεὶς τοίνυν τοὺς ἱπποδρόμους καὶ τοῦ στρατοῦ πολύ τι μέρος ἐπὶ διαρπαγὴν τῆς χώρας, ὡς ἀφαρπάσαιντό τε τὴν χώραν αὐτοῦ σύμπασαν καὶ κερδάνοι μέγιστα, κατελείφθη ὀλίγοις τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐν τῷ στρατοπέδῳ. ἐνταῦθα ὡς ᾔσθετο Ἰάγγος τό τε στρατόπεδον ἔρημον ἀνδρῶν καταλειφθῆναι, καί οἱ καλῶς ἔχειν ἡγούμενος ἐπεισπεσεῖν ἐς τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων, ἐπικαταβὰς ἀπὸ τοῦ ὄρους ἐμβάλλει τε ἐς τὸ στρατόπεδον τοῦ Σαβατίνεω. καὶ ὁ μὲν Σαβατίνης ἐπεξελθεῖν μέντοι οὐκ εἶχεν, ὅτι καὶ ἄξιον λόγου μαχέσασθαι, P. 136 φυλάξαι δὲ τὸ στρατόπεδον πειρώμενος καὶ οὐκ ἠδύνατο, βιασαμένων τῶν μετὰ τοῦ Ἰάγγου Παιόνων, ἐς φυγήν τε ἐτράπη καὶ ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἐπείγετο φθῆναι ὡς διαβησόμενος. Ἰάγγος δὲ τὸ στρατόπεδον παραλαβών, καὶ λόχους ὑπείσας αὐτοῦ ταύτῃ, ὥστε τοὺς ἐπανιόντας σὺν τοῖς ἀνδραπόδοις συμπαρελάμβανε διαφθείρων ἅπαντας. καὶ οὕτω δὴ

20. ὑποίσας P

Iangus autem Choniates, quem Ioannem Huniadem vocant, vir ea tempestate inter Pannones excellens, cui Ardelii regio commissa erat ab Pannonum concilio, exercitum quam potuit maximum comparavit ab Ardelio et Pannonia. hoc instructus sequebatur per montium saltus Sabatinem. Sabatines cum iam in hostili regione foret, putabat res suas praeclare habituras, si hostium agros evastaret. emittens itaque equitatum omnem et maximam exercitus partem in hostium regionem, praedas agere volebat, quasi hinc plurimum suis opibus accedere posset. paucissimi vero manebant cum Sabatine in castris. Iangus ut comperit castra hostium pene esse deserta, praeclarum facinus putabat, si accedens inopinatus castra oppprimeret. descendens itaque cum suis ex monte impetu invadit Sabatinis castra defensoribus vacua. Sabatines exire castris, ut praelii potestatem faceret, non poterat. proinde ad castra defendenda convertitur; quae tamen retinere nequivit, cum violenter Iangus cum Pannonibus irrumperet. ad fugam itaque inclinat animo toto, festinabatque, maxima usus celeritate, transire Istrum, antequam transitu ab hostibus intercluderetur. Iangus captis castris quosdam in insidias locat, quibus exciperet hostes advenientes, mancipiorum aliarumque rerum praeda onustos, omnesque conficeret. et in hunc modum maxima hostilis exer-

τὰ πλείω τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ ταύτῃ κάκιστα διεφθάρη, καὶ νίκην νικᾷ ἀρίστην ἐς τῶν πρὸ αὐτοῦ Ἰάγγος ὁ Χωνιάτης.

Οὗτος γένους ὢν οὐ πάνυ τι φαύλου, ἀπὸ Χωνιάτης
B πόλεως Ἀρδελίου ὡρμημένος ἐπὶ τὸν Τριβαλλῶν ἀφίκετο ἡγεμόνα, μεμισθωμένος δὲ αὐτοῦ διέτριβε συχνόν τινα χρόνον, τόλμαν τε ἐπιδεικνύμενος ἀξίαν λόγου καὶ σπουδήν, ἐς ὅ τι ἂν ἐπιπεμφθείη ὑπὸ τοῦ ἡγεμόνος. καὶ δὴ λέγεται καὶ τόδε. ὡς ἐξήλαυνεν ἐπὶ ἄγραν ὁ τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμών, καὶ λύκου ἐπιφανέντος τῷ ἡγεμόνι ἐπεκάλει τὸν Ἰάγγον, ὡς ἐπὶ τῷ λύκῳ γένοιτο. ὁ δ' ὡς παρεληλύθει, τὸν θῆρα ἤλαυνεν ἀνὰ κράτος. πεσόντος δὲ τοῦ θηρὸς ἐς τὸν ποταμὸν καὶ νηχομέ-
V.107 νου, ἐπεισπεσεῖν τε ἅμα ἐς τὸν ποταμὸν καὶ αὐτὸν καὶ διανη-
C χομένου τοῦ ἵππου διαβῆναι, διαβάντα δὲ ἐπιδιώκειν οὐδαμῇ ἀνιέντα, τελευτῶντα δὲ καταλαβεῖν τε τὸν λύκον καὶ ἀνελεῖν, μετὰ δὲ ἀφελόμενον τὸ δέρμα τοῦ θηρὸς ἐλαύνειν ὀπίσω ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα, διαβάντα δὲ αὖθις τὸν ποταμὸν καὶ προεχόμενον τοῦ λύκου τὸ δέρμα εἰπεῖν "ὦ δέσποτα, ἐγένετο ᾗ ἐπέταξας, καὶ τόν τε λύκον ἀνεῖλον, καὶ τὸ δέρμα ὧδέ σοι πάρεστι, ὑπουργεῖν ὅ τι ἂν δέοι χρῆσθαι." τότε μὲν δὴ τὸ θαῦμα ἀγασθέντα τὸν Τριβαλλῶν ἡγεμόνα εἰπεῖν λέγεται ὡς οὐκ ἔστιν ὅπως ὁ ἀνὴρ οὗτος ἐπὶ μέγα δυνάμεως οὐκ ἀφί-

citus pars miserabiliter interiit; Iangusque victoriam sibi peperit celebriorem quam ullam unquam eius antecessores invenerint. Iangus genere natus erat non admodum obscuro.

Patria fuit Choniatae sive Huniadi Ardelii oppidum, unde profectus venit ad Triballorum ducem. mercede autem conductus, longo admodum tempore apud hunc ducem versatus est, ubique, quocunque mitteretur, fortitudinem et diligentiam memorabilem ostendens. quondam cum venatum abiisset Triballorum dux, eique appareret lupus, confestim Iangum vocat, ut lupum caperet. qui ut accessit ducisque voluntatem intellexit, continuo lupum insectatus est pernicissime. lupus ingreditur flumen quod obviam erat, et natare incipiebat, si praesens periculum subterfugere posset. nec tamen Iangus a persecutione cessavit, verum insidens equo flumen tranavit. ubi natando flumen superatum est, lupi vestigiis haud abcessit. postremo lupum assecutus est et confecit, pellemque deripuit, tranatoque fluvio ad ducem reversus est; praetendensque manibus lupi pellem exclamat "o domine, factum est ut imperasti: lupum peremi, pellem cape. ea, ut voles, utere." hoc facinore dux admodum delectatus in haec verba linguam solvit "certe non potest fieri quin aliquando vir ille ad maximam promoveatur potentiam." haec tum temporis locu-

ξεται. τότε μὲν δὴ οὕτως εἰπὼν τὸ ἐντεῦθεν χρήμασί τε D ἐθεράπευε, καὶ διατρίψας αὐτοῦ χρόνον συχνὸν ἀφίκετο ἐπὶ τοὺς Παίονας. λέγεται μὲν δὴ καὶ πρὶν ἢ ἐπὶ τὸν Τριβαλλῶν ἡγεμόνα ἐλθεῖν, Ἀλίεω τοῦ Βρενέζεω γενέσθαι θεράποντα, καὶ θητεῦσαι παρ' αὐτῷ ἱπποκόμον γενόμενον. οὐκ ἔχω δὲ ὅπῃ τοῦτο ἀληθὲς εἶναι συμβάλλωμαι· τήν τε γὰρ ἂν φωνὴν ἐξέμαθε τὴν Τούρκων. ὡς μὲν οὖν ἐτράπετο ἐπὶ τοὺς Παίονας, καὶ συμπαραλαβών τινας μεθ' ἑαυτοῦ παρῄει ἐπὶ τὰ βασίλεια, μισθὸν φάσκων ἥκειν αὐτοῖς σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ληψόμενος, ἐλάμβανέ τε τὸν μισθόν, καὶ ἐς διαφορὰν καθισταμένων τῶν Παιόνων πρὸς τοὺς Γερμανοὺς μεγάλα P. 137 ἀπεδείκνυτο ἔργα, ὁπότε ἔδει αὐτίκα παρόντα, ἐν τάχει τε παραγενόμενος καὶ μαχόμενος ἀξίως λόγου. μετὰ δὲ ταῦτα ἑπισπομένων αὐτῷ καὶ πολλῶν ἄλλων εὐδοκιμῶν ἐφαίνετο πανταχῇ, δι' ἃ δὴ καὶ ἐπετέτραπτο τὴν τῆς Ἀρδελίου χώρας ἀρχὴν ὑπὸ τῆς Παιόνων βουλῆς. καὶ ἄρχων ταύτης τῆς χώρας τόν τε Σαβατίνην καὶ εὐνοῦχον τοῦ βασιλέως στρατηγὸν καθεῖλέ τε καὶ ἐτρέψατο, νίκην ἀνελόμενος εὐδοξοτάτην, ἀφ' ἧς δὴ τὰ Παιόνων πράγματα ἐπανῆκεν ἐπὶ τὴν πρότερον σφῶν κατάστασιν γενόμενοι, ἀφ' οὗ κατὰ χρόνον Παιαζήτεω τὸν βασιλέα Παιόνων Σιγισμοῦνδον τρεψαμένου, τήν τε χώραν ἐπελαύνοντες ἐδῄουν θαμὰ ληιζόμενοι οἱ Τοῦρκοι, καὶ B

1. οὗτος P 9. αὐτὸς? 21. Παιόνων ἐς Σιγισμοῦνδον P
22. ἐπελαύνοντος, ἐδῄου P

tus, virum deinceps pecunia opibusque coluit. cum tempore multo apud ducem istum moras traxisset, tandem ad Pannones rediit. sunt qui tradunt Iangum, antequam pervenerit ad Triballorum ducem, fuisse famulum Aliis Brenezis filii, eique mercede serviisse, cum fungeretur equorum curatoris partibus. nescio autem unde coniecturam facere possim, ut id verum esse credam: nam linguam Turcicam eo modo didicisset. reversus autem ad Pannones, assumptis aliquot aliis, procedebat in regiam, dicens se advenire, ut sibi suisque mercedem accipiat; nec repulsam passus est. cum autem bellum arderet inter Germanos et Pannones, magna militaria edebat opera, praesens semper. ubicunque eius opera desiderabatur, statim approperans, fortissime praeliabatur. postea congregatis ad eum aliis plurimis, ubique illustris apparebat. quapropter Ardelii regionis principatus concilio Pannonum ei decretus est. cui regioni cum imperaret, Sabatinem interfecit eiusque exercitum in fugam coniecit, victoriam suis nuntians longe pulcherrimam. haec victoria Pannonum res erexit in pristinum statum. ex quo enim tempore Paiazitis auspiciis ductuque Turci regem Sigismundum in fugam verterunt, haud cessarunt Turci in Pan-

ἀνδράποδα ὡς πλεῖστα ἀγόμενοι ἐνέπλησαν τήν τε Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην ἀνδραπόδων Παιονικῶν. ἐπεὶ δὲ Ἰάγγος ἀφικόμενος ἐπὶ τὴν Ἀρδελίου χώραν τόν τε εὐνοῦχον ἐτρέψατο καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἐτρέψατο Τούρκους, τόλμῃ τε ἐχρήσαντο οἱ Παίονες ἀπὸ τοῦδε, καὶ ἔργα ἀπεδείκνυντο ἐς τοὺς Τούρκους ἄξια λόγου. τόν τε γὰρ Ἴστρον διαβάντες πολλάκις διέφθειρον, καὶ ὅποι περιτύχοιεν ὀλίγοι πολλοῖς οὖσι τοῖς Τούρκοις, εὐπετῶς τε περιεγένοντο καὶ οὐδὲ εἰς χεῖρας ἀφικομένους σφίσιν ἐτράποντο.

Τότε μὲν δὴ περιγενόμενος ἐπὶ μέγα ἐχώρει δυνάμεως. καὶ στρατηγὸς δὲ μετὰ ταῦτα ἀποδειχθεὶς ὑπὸ τῆς Παιόνων
C βουλῆς πρὸς τοὺς Τούρκους τε καὶ Γερμανοὺς τὸν πόλεμον διέφερε, γενναιότατα διαγωνιζόμενος. οἱ μέντοι Παίονες πρός τε τοὺς Γερμανοὺς διενεχθέντες τε ἐπολέμουν, ἀπὸ αἰτίας τῆσδε ἐς διαφορὰν ἀλλήλοις ἀφικόμενοι. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ πρὸς Τζέχους καὶ Βοεμίους καλουμένους ἐπὶ συχνόν τινα χρόνον τὸν πόλεμον διαφέροντες μεγάλα κακὰ ἐποίουν ἀλλήλους. τρέπονται δὴ οὖν διὰ ταύτην αὐτῶν τὴν διαφορὰν ἐπὶ τοὺς Πολανίους, καὶ ἐπαγόμενοι τὸν βασιλέως ἀδελφιδοῦν παῖδα βασιλέα τε σφίσιν ἐστήσαντο, καὶ τοῖς Πολανίοις χρησάμενοι συμμάχοις τοῖς τε Γερμανοῖς καὶ Βοεμίοις ἐπέκειντο χαλεπῶς, καὶ ἐδήουν τὴν χώραν, καὶ πόλεις αὐτῶν ἐπιόντες
V. 108 ἐνεπίμπρων οὐκ ὀλίγας. καὶ δὴ καὶ ἐς μάχην καταστάντες

2. ἐπεί τε P

noniam incursiones facere, plurimaque inde abduxerunt mancipia, quibus Asiam et Europam replevere. ubi autem Iangus advenit in Ardelii regionem, princeps declaratus communi Pannonum concilio, Sabatinem et Turcos terga dare coegit. hinc animis resumptis, Pannones praeclaris operibus editis Turcos ubique vincebant. nam Istrum saepius transgressi interfecerunt pauci plurimos Turcos; qui antequam ad manus ventum foret, non sustinentes impetum Pannonum, fugam praecipites inibant.

Ea tempestate ad maximam potentiam promotus est Iangus. deinde creatus dux consensu unanimi totius Pannonum concilii, bellum contra Turcos et Germanos suscepit, fortissime semper rem gerens. Pannones gerebant bellum cum Germanis cuius haec causa perhibetur. * * * postea bellum indixere Tzechis, qui Boemi dicuntur. id bellum diu duravit, plurimis ultro citroque cladibus illatis. Pannones isto bello permoti accedunt Polonos, et inde adductum regis patruelem sibi ducem crearunt. cum igitur Poloni socia Pannonibus iungerent arma, contigit ut Pannones Germanos et Boemos graviter affligerent: agros enim horum evastarunt, urbesque non paucas incenderunt. praeterea interdum ex acie dimicarunt, collatis signis. verum incerto Marte,

ἐμάχοντο· καὶ ὁτὲ μὲν περιεγένοντο οἱ Παίονες, ὁτὲ δὲ D καὶ ἡττῶντο, καὶ ἐπὶ βραχὺ αὖθις ἀναλαμβάνοντες σφᾶς ἀνεμάχοντο. τήν τε γὰρ μάχην ποιοῦνται τάδε τὰ γένη κατὰ τὸ καρτερόν, οὐδενὸς φειδόμενοι, ἀλλὰ δόρασί τε ἐπιόντες καὶ τηλεβόλοις καὶ σιδηρίοις καταπέλταις ἱππικοῖς καὶ ἑτέροις βέλεσι διαμαχόμενοι κατακαίνουσί τε ἀλλήλους. ἐπειδὰν δὲ ἐς φυγὴν γένωνται, οὐκέτι ἀνήκεστον συμβαίνει σφίσιν ἐς τὴν φυγήν, ἀλλ' ἢν παραδιδῷ τις ἑαυτὸν καὶ ὁμολογίᾳ χρῷτο ὡς ἡττημένος, ἀφίησιν αὐτὸν ἀπιέναι, ἐφ' ᾧ τοῦ λοιποῦ μὴ διαμάχεσθαι αὐτῷ, ἐπειδὰν συνίωσι τὰ στρατεύματα ἀλλήλοις καθιστάμενα ἐς τὴν μάχην. ταύτῃ μὲν δὴ P. 138 ἐς ἀλλήλους κατὰ τὰς μάχας χρῶνται καταστάσει, ὥστε ἐπειδὰν τρέποιτο ἐς φυγὴν τὰ στρατεύματα, οὐ πολύ τι μέρος αὐτῶν τὸ ἐντεῦθεν ἀπογίνεσθαι.

Τὴν μέντοι Δακίαν αὐτοὶ οἱ Παίονες ἐπελθόντες, ἡγουμένου τοῦ Χωνιάτου, καθίστασαν Δάνον ἡγεμόνα αὐτοῖς καὶ πείθεσθαι αὐτὸν ἐκέλευον. οὗτος μὲν οὖν ἐξελαυνομένου τοῦ Δρακούλεω ἡγεμόνος αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὰς βασιλέως θύρας ἰόντος, τήν τε χώραν κατέσχεν ὁ Δάνος, καὶ τοὺς ἐπιτηδείους Δρακούλεω τοῦ ἡγεμόνος διειργάζετο, ὅποι πυνθάνοιτο αὐτῶν τινὰ περιεῖναι. οὗτοι μὲν δὴ παῖδες λέγονται γενέσθαι τοῦ Μύρξεω νόθοι, καὶ τούτων ἐνίους πλαττομένους B ὑπὸ τῶν τῆς χώρας γένει τε καὶ πλούτῳ εὐδοκιμούντων κα-

6. καταβαίνουσι P

nunc victores nunc victi, praeliis excedebant. deinde ubi paululum respirassent et collegissent vires, bellum instaurabant. nam populi isti vi omnia agunt, et in praeliis nemini parcunt. hastis impetunt hostes, bombardis utuntur, ferreas habent equites balistas, necnon aliis telis rem gerunt inter se pugnantes. quando autem fuga initur, in fugientes nec caede nec persecutione admodum saevitur. verum si quis se ipse dedat et victum se confiteatur, abit intactus et inviolatus: hac tamen condicione, ne se postmodum praelio committat, contra victores praeliaturus. hunc morem belli tempore servant: proinde in fuga non multi cadunt.

Pannones duce Choniate profecti sunt in Daciam, et ducem Danum nomine regioni praefecerunt, Dacosque ei obtemperare iusserunt. Danus igitur expulso duce Dracule, qui ad ianuas regis confugerat, Daciam obtinuit, omnesque Draculis propinquos et necessarios, ubicunque aliquem superstitem accipiebat, peremit. hi duces traduntur fuisse filii nothi, qui Myrxae nati sunt. et quosdam horum, cum putarentur esse Myrxae filii, ab regionis incolis genere opibusque plurimum pollentibus in Daciae ducatum subvectos esse; quasi Da-

θίστασθαι ἐς τὴν τῆς Δακίας ἡγεμονίαν, ὡς ξύμφορά τε ἅμα καὶ λυσιτελῆ ἔσοιτο σφίσιν ἐς τὴν ἀρχὴν καθισταμένων. ὧν δὴ ἕνα τε καὶ δύο ἀναπυνθανόμενος εὗρον, καὶ ἐξέμαθον τό τε γένος αὐτῶν καὶ τοὺς πατέρας· ἀλλ' οὐκ ἐξοίσω ἐς τοὺς πολλοὺς τοὔνομα διασημήνας. Δάνος μὲν οὖν τότε ὑπὸ Παιόνων κατήχθη ἐς τὴν Παιόνων ἀρχήν, καὶ ἔσχε τὴν χώραν, θεραπεύων τε ἀπὸ τοῦδε διετέλει τοὺς Παίονας. καὶ ὡς ἐπέκειντο τὴν χώραν διαβαίνοντες κρύφα οἱ τοῦ βασιλέως αὐτοῦ παρὰ τὸν Ἴστρον καθεστῶτες ὕπαρχοι, πρέσβεις τε
C ἔπεμπεν ὡς βασιλέα, καὶ εἰρήνην αἰτούμενος ἔπρασσεν ὅπως αὐτῷ γένοιτο, ἀπαιτηθεὶς ἀπάγειν ἐς τρισχίλια τόξα καὶ θυρεοὺς τετρακισχιλίους τοῦ ἐνιαυτοῦ, σπονδάς τε ἐποιήσατο. καὶ οὕτω δὴ ἐπὶ κατάστασιν εὖ ἔχουσαν ἑαυτῷ ἀφικόμενος ἡγεμόνευέ τε τῆς Δακίας, καὶ πρὸς τὸν Πογδανίας τῆς μελαίνης ἡγεμόνα ἄγγελον πέμψας εἰρήνην τε ἐποιήσατο, καὶ ἐπιγαμίαν αὐτῷ ποιησάμενος συνεβάλλετο αὐτῷ ἐς τὸν πρὸς τὸν Δρακούλη μετὰ ταῦτα πόλεμον.

Ταῦτα μὲν δὴ ἐς τὴν ἀρχὴν οὕτως ἔσχεν αὐτῷ τὰ πράγματα· Ἀμουράτης δὲ μετὰ ταῦτα ἐπὶ Κολχίδα γῆν τριήρεις ἔπεμψε, τήν τε χώραν δῃῶσαι καὶ ἀνδραποδίσασθαι τὴν πόλιν, ἣν δύνωνται, καὶ ἐπὶ Γοτθίαν ἐπιπλεῦσαί τε, καὶ ὅποι
D παρείκοι, τὴν χώραν λῄσασθαι ἀποβάντας. καὶ ἐπιπλέουσαι μὲν

3. ἀναπυνθανόμενοι P   22. παρήκοι P

cis plurimum conduceret, si isti in ea regione praeessent rerumque summa potirentur. quorum unum atque alterum percunctando cognovi genus et parentes: verum nomina eorum non omnibus significabo. Danus ea tempestate a Pannonibus in Dacorum principatum collocatus Daciam tenuit, et deinceps Pannones artissime coluit. cum autem inquietaretur subinde ab regis ducibus prope Istrum collocatis, qui clam ipsius regionem populationibus divexabant, missis legatis ad regem pacem oravit, quam haud gravatim consecutus est, hac tamen condicione, ut quotannis regi tributi nomine daret tria milia sagittarum et clipeorum quattuor milia. Daciae res ita ordinans quemadmodum sibi commodissime fore rebatur, eam pulchre imperio rexit. legatum ire iussit ad Pogdaniae nigrae principem, cum quo pacem fecit; cui etiam affinitas iuncta est, qua excitus eum enixe adiuvit in bello quod cum Dracule gessit.

Daciae principatus in hunc modum ab novo principe reformatus et instructus est. Amurates postea in Colchida imperiumque Trapezuntinum triremes misit, regionemque Colchidis vastans etiam urbem diripere et inde plurima mancipia auferre annitebatur. triremes illae etiam in Gothiam cursum flexerunt, eamque regionem populati sunt.

αἱ τριήρεις προσέσχον ἐς γῆν τε τὴν Κολχίδα, καὶ ἐπὶ τοὺς Γότθους ἀφικόμενοι ἐλεηλάτουν τὴν χώραν, ἀνδραποδισάμενοι οὐκ ὀλίγην. ἐπανιόντι δὲ τῷ στόλῳ χειμὼν ἐγένετο ἰσχυρός, καὶ ἄνεμος ἀπαρκτίας ἐπιβαλὼν ἐξήνεγκεν ἐς τὴν Ἀσίαν κατὰ τὴν Ποντοηράκλειαν, καὶ φερόμεναι αὐτοῦ ἔνιαι τῶν τριηρῶν διεφθείροντο καὶ ἐν ξυμφορᾷ ἔσχοντο τοιαύτῃ.

Πρὸς Ἰαννύους μέντοι αὐτῷ φιλία ἦν διὰ τέλους καὶ εἰρηναῖα. Ἰαννύοι μὲν δὴ τότε πρός τε σφᾶς αὐτοὺς περιπεσόντες μεγάλως τε ἐσφάλλοντο περὶ τὴν πόλιν αὐτῶν, καὶ δὴ καὶ τῶν στασιωτῶν ἐπαγομένων Φίλιππον τὸν Λιγύρων P. 139
ἡγεμόνα τήν τε πόλιν ἐπέτρεψαν, καὶ οὗ ἂν ἐξηγοῖτο εἵποντο V. 109
τῷ ἡγεμόνι. πυνθάνομαι γενέσθαι δὴ τοῦτο αὐτοῖς καὶ τὸν δῆμον ἑλόμενον ἐπαγαγέσθαι τοῦτον σφίσι τύραννον καταστησαμένους διὰ τὸ πρὸς τοὺς Οὐενετοὺς ἔχθος καὶ τὴν πρὸς ἐκείνους αὐτῶν διαφοράν, καὶ ὅτι καὶ τὸν Μεδιολάνου τοῦτον ἡγεμόνα ᾔσθοντο πολεμοῦντα τοῖς Οὐενετοῖς κατὰ τὸ καρτερὸν καὶ διαφέροντα τὸν πόλεμον ἐντεταμένως.

Ἔστι δ' ἡ πόλις αὕτη πρὸς τὸ ἄκρον τῆς Ἰταλίας κατὰ τὴν Γαλατίαν· Τυρρηνῶν δὲ τῆς χώρας ἔχεται τὸ πρὸς ἕω ἰόντι, καὶ Τυρρηνικοῦ πελάγους ἅπτεται, ταύτῃ τετραμμένη τὸ πρὸς ἀνίσχοντος ἡλίου ἡ πόλις, πρὸς δὲ ἑσπέραν ἀπαλλαττομένης τῆς χώρας Ἰαννύων ἐπιβαίνειν ἔστι τῆς Προβεντίας, B

17. ἐκτεταμένως P

triremes igitur istae in Colchida properarunt; et ad Gothos appellentes regionem haud mcdicam vastabant, plurimis inde mancipiis abductis. reditum autem cum maturaret classis, tempestas saeva exorta est. nam ventus qui Aparctias dicitur, exurgens classem disiecit et in Asiam iuxta Heracleam Ponti detulit. interim naves quaedam tempestate quassatae interciderunt, in huiusmodi calamitatem praecipitatae.

Cum Ianuensibus ei intercessit amicitia diutina, et quasi pax perpetua. Ianuenses autem eo tempore seditione agitati res suas pene contudere, cum seditiosi admitterent Philippum Ligurum ducem, eique urbem committerent, promptissime sequentes quocunque eos eduxisset. hoc eis accidit, cum etiam populus eligeret istum ducem propter odium implacabile, quo ferebantur in Venetos. norant enim Mediolani ducem Venetis admodum esse infestum et acerrime cum his bellum gerere.

Ianua urbs sita est in extrema Italia, qua Galliam respicit: Tyrrhenos attingit versus Orientem. mare Tyrrhenum spectat, qua urbis situs Orientem versus excurrit. versus Occidentem egressos Ianuensium regione excipit Provincia, quae Gallia est; et eius incolae degunt sub rege

ἥτις Γαλατία ἐστὶ καὶ ὑπὸ τῷ τῶν Κελτῶν βασιλεῖ τεταγμένοι διατελοῦσιν. ὀνομάζεται δὲ διὰ ταύτης πύλη Ἰταλίας, ὡς αὐτίκα ἀπὸ τούτων ἐμβάλλει ἐς Γαλατίαν. πολιτεύεται δὲ οὔτε ἐς δημοκρατίαν τὸ παράπαν τετραμμένη ἡ πόλις οὔτε ἐς ἀριστοκρατίαν· ἐπιμεμιγμένη δὲ ἀμφοῖν ταῖς καταστάσεσι τοῦτο μὲν ἐς δημοκρατίαν δοκεῖ ἀποκλίνειν, τοῦτο δ' αὖ ὑπὸ ἀρίστων τινῶν διιθύνεσθαι, τὰ ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτὴ διατιθεμένη. ἔστι γὰρ δύο γένη ἐν τῇ πόλει ταύτῃ ἀπὸ παλαιοῦ προεστῶτες τῆς πόλεως, καὶ πρωτεύοντες οὕτως ὥστε ξύμπαντα τὸν δῆμον ἐπὶ τούτους τετράφθαι, τῷ παντὶ θά-
C τερα ταλαντευόμενον. τὸ μὲν δὴ τοῖν γένοιν καλεῖται Ντόρια, τὸ δὲ ἕτερον Σπίνουρα. ἐπὶ τούτους ὁ δῆμος διῃρημένος αὐτοῦ αἱρεῖται τὴν Σπινούρα αἵρεσιν, τὸ δὲ αὐτοῦ Ντόρια. ἄγοντες δὲ οὗτοι τὸν δῆμον, καθιστάναι μὲν ἀπὸ σφῶν αὐτῶν ἡγεμόνας τῇ πόλει οὐκ ἔξεστιν, οὐδὲ ἐπιτρέπει ὁ δῆμος· ἀλλ' ἐστὸν δύο ἑτέρω γένεε, δημόται ὄντες, καὶ τὸ μὲν τῶν γενῶν τούτων πρὸς τὸ γένος τῶν ἀρίστων τετραμμένον ἐστὶ καὶ ἐπιτήδειον, τὸ δὲ αὖ πρὸς τὸ ἕτερον. καλεῖται δὲ τούτων τὸ μὲν Ἀδόρνοι τὸ δὲ Φρεγούσιοι. ἀπὸ δὲ τούτων τῶν οἰκιῶν νομίζεται αὐτοῖς, ὁποία δὴ τῶν ἀρίστων μοῖρα ἐπικρατοίη, ἐγκαθιστάναι τῇ πόλει ἄρχοντα. καὶ τῶν μὲν
D Ἀδόρνων ὁ οἶκος ᾠκείωται τῷ Σπινούρᾳ γένει, τῶν δὲ Φρεγουσίων τῷ Ντόρια ἐπιτήδειόν τέ ἐστι καὶ ἐγκαθιστάμενον

13. αὐτοῦ] τὸ μὲν αὐτοῦ H 21. τῶν] τὸ P 22. τῶν] τὸ P

Gallorum. quapropter porta sive ianua Italiae vocatur, quasi hinc in Italiam procedatur. ianuae res publica ita administratur, ut neque omnino in democratiam neque in aristocratiam propendeat. verum ex utrisque ea res publica iuxta partim in democratiam et partim in aristocratiam inclinat, maximè in iis quae ad principis electionem pertinere videntur. sunt enim in urbe ista familiae duae, quae ab antiquo eam gubernarunt et principatum in ea obtinent, adeo ut populi studia in utrasque quasi aequa lance conferantur. una de Auria sive Doria nominatur, et altera Spinula. in has familias studia populi divisa cum sint, accidit plerumque ut pars Doriam pars Spinulam eligant. hi igitur regentes populum, de suo corpore duces constituere non audent, nec populus permittit. sed extant aliae familiae duae, quae de populi corpore habentur. una ad optimates, altera ad populum studiis inclinat. uni nomen Adorni est, alteri Phregosii appellantur. ex his familiis dux civitati ab ea parte optimatum quae vincit datur. Adorni familiaritate iuncti sunt Spinulis, at familia Phregosiorum necessitudinis iure devincta est Doriis et

ὑπ' αὐτοῦ ἐς τὴν ἀρχήν. τῷ δὲ ἡγεμόνι τούτῳ, ἐπειδὰν ἐς τὴν ἡγεμονίαν κατασταίη, ἐπιτέτραπται κατὰ τοὺς νόμους, ἐπιλαβομένῳ καὶ τῶν ἀρίστων τινῶν, τρέπειν ὡς ξυμφερώτατα. περὶ μὲν οὖν τῶν προσόδων τῆς πόλεως τούτους νομίζεται ἐπιτροπεύειν, διαθεῖναι ᾗ ἂν αὐτοῖς δοκοίη· περὶ πολέμου δὲ καὶ εἰρήνης νομίζεται τὸν δῆμον παρελθόντα ἐς μέσον αἱρεῖσθαι ὅ τι ἂν αὐτῷ δοκοίη, ἑλόμενον δὲ ἐπιτρέπειν τῷ ἡγεμόνι πράσσειν ὡς λυσιτελέστατα. ἐς δὲ τὰς δίκας τῆς πόλεως ἐγκαθίστανται δικασταὶ ὑπὸ τοῦ ἐπικρατοῦντος γένους, καὶ δικάζουσι κατὰ τὰ σφῶν αὐτῶν. τῆς δὲ δίκης ἔφεσίς ἐστιν ἐπὶ τὸν δῆμον, ἐπειδάν τις αὐτῶν μὴ κατὰ τοὺς P. 140
νόμους δικάσηται. διενεχθέντε δὲ τὼ γένεε τούτω, Ντόριά τε καὶ Σπίνουρα, καὶ ἐς διαφορὰν σφίσι καθισταμένω μεγάλα τε τὴν πόλιν κακὰ εἰργάσαντο, τυράννους τε ἐς τὴν πόλιν ἐγκαθιστάντες, καὶ ἐπαγόμενοι ἀθέμιτα ἐπὶ τὴν πόλιν πράγματα. τῶν δὲ γενῶν τούτων τὸ μὲν πρὸς τοὺς Λίγυράς τε καὶ Ἰταλίαν τετραμμένον αἱρεῖται ἑαυτῷ τοὺς Ἰταλοὺς καὶ συμμάχους ἐπάγεται, ... τοῦ Κελτῶν βασιλέως ἐπὶ τὴν πόλιν. ξυμφοραῖς μὲν οὖν πολλαχῇ περιέπεσεν ἡ πόλις αὕτη, ἐς ἀνήκεστα κακὰ προαγομένων τῶν τῆς πόλεως γενῶν ἐπ' ἀλλήλους, καὶ τοὺς σφῶν αὐτῶν πολεμιωτάτους ἐπαγομένων B
ἐπ' ἀλλήλους· ἐπειδὰν μέντοι ἀνάγκῃ περιπίπτοντες ἀνηκέ-

3. πράσσειν? an ἐπιτροπεύειν?

ab his in principatum provehitur. duci, ubi primum creatus est, permittitur, in consilium adhibitis optimatibus quibusdam, agere secundum leges quae maxime rei publicae conducere censuerit. vectigalia et urbis reditus ordinat ad eum modum, quo iudicaverit plurimum opibus urbis accessurum. de bello et pace populus in medium procedens consultat, et ex sua sententia ista procurat. si autem bellum adversus aliquem hostem decreverint suscipiendum, duci belli administrationem concedunt, ut sedulo caveat ne quam calamitatem sive damnum res publica capiat. quantum attinet ad urbanam iurisdictionem, iudices constituuntur, qui petuntur a praedominante familia, et per se iudicant. si autem non secundum leges iudicarint, provocatio ad populum est. cum autem intestinis discordiis duae illae familiae, Spinula et Doria, arderent, urbem in maxima praecipitarunt pericula: tyrannos enim introduxerunt in rem publicam, et alia nefanda in eam commiserunt. familia quae Ligures et Italos studiis prosequebatur, eligebat Italos, eosque in belli societatem adducebat. altera familia Gallorum regis auxilium implorabat, quem sibi socium faciebant. contigit ergo ut civitas illa in gravissima devolveretur pericula, dum utraque factio adduceret in urbem

V. 110 στῳ παρὰ τὰ σφῶν ἔθιμα ἀναγκάζοιντο πολιτεύεσθαι ὑπὸ τῶν τυράννων, δαιμονίως ὁμοφρονοῦντες ἀλλήλοις κατὰ τὸ ἰσχυρὸν ἐξελαύνουσί τε αὐτίκα ὃς ἂν τύχῃ ἐν τῇ πόλει διαιτητὴς οὐκ ἀγαθός. ἐπαγόμενοί τε γὰρ πολλάκις τῶν Κελτῶν βασιλέα, ἐπιτρέψαντες τὴν πόλιν, αὖθις ἐξήλασαν ὁμοφρονοῦντες ἀλλήλοις, ὥστε μὴ πάνυ ἐνδιατρίβειν ἐῶντες παρὰ σφίσι τὴν τυραννίδα ὁ δῆμος ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν ἐπανίασι, τὰ παρόντα σφίσι καινοτομοῦντες καὶ ἐξελαύνοντες, αὖθις C καθιστᾶσι τῶν ἀστῶν ἡγεμόνας καὶ κατὰ τὰ πάτρια πολιτεύονται. διάφοροι δέ εἰσι μάλιστα τοῖς ἀπὸ Ταρακῶνος καὶ τοῖς Ταρακονησίοις τὸ παλαιόν, καὶ πολέμους διέφερον ἐπὶ πολλαῖς γενεαῖς ἐς τούτους τε καὶ τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ, ὅποι ἀλλήλοις περιτύχωσιν, εἰς μάχην αὐτοὺς καθίστανται, ὥστε ἀνελεῖν ἀλλήλους, ἢν δύνωνται. Ταρακονησίοις μὲν οὖν ἐς διαφορὰν καθεστῶτες αἰεί τε πολέμιοί εἰσιν ἐξ ὅτου ἐγένοντο· πρὸς δὲ τοὺς Οὐενετοὺς διηνέχθησαν μὲν καὶ πάλαι διὰ τὰς ἐν τῷ Αἰγαίῳ πελάγει νήσους Χίον τε καὶ Λέσβον, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ διὰ τὸν Λιγύρων ἡγεμόνα, ὃν σφίσιν ἐπαγόμενοι τύραννον ἐγκατέστησαν καὶ ἐν στάσει γενόμενοι τὴν πόλιν ἐπέτρεψαν ἐπιτροπεύειν τε, καὶ D Οὐενετοῖς ἐπολέμουν καὶ τῷ Ταρακονησίων βασιλεῖ. καὶ ναῦς μὲν ἐπλήρουν ἐς τὸν πρὸς Οὐενετοὺς πόλεμον, καὶ ἐπιπλέοντες

11. πολέμου P 14. αὐτοῖς?

eos qui summo urbis odio laborabant. postmodum res publica in acerbam necessitatem redacta est, quia legibus patriis amplius non regebatur. tandem igitur malis victi animi, cum iterum coalescerent mutua concordia, eos iudices sive principes qui minus idonei videbantur vi eiiciunt. praeterea cum saepius Gallorum regem advocassent, eique urbis regimen commisissent, tandem coniuratione facta eum saepius vi expulerunt, haud aequis animis tyrannidem tolerantes. populus enim libertatis cupidus novis rebus inhiabat; eiectisque tyrannis duces de corpore suo creabant, et patrio more legibusque rem publicam porro gubernabant. sunt autem Ianuenses iam ab antiquo Tarraconensibus admodum infesti, bellumque multis generationibus contra eos gessere. publice privatimque discordias et inimicitias hostiles exercuere, adeo ut si alicubi alius alii occurreret, in mutuas caedes ruerent. inimicitiae cum Tarraconensibus implacabiles perpetuae fuerunt Ianuensibus. etiam Venetos iam olim odio prosequebantur, propter Lesbum et Chium insulas in Aegaeo mari sitas, necnon propter Ligurum ducem, quem sibi principem praefecerant. cum autem intestina seditione laborarent, aliis quibusdam urbis gubernacula mandarunt: ipsi vero bellum cum Venetis et Tarra-

τάς τε ἐς τὸν Ἰόνιον πόλεις ἐκάκουν καὶ τὰς ἐπὶ τῷ Αἰγαίῳ. ταῦτα δὲ ἔπρασσον τοὺς Οὐενετοὺς τιμωροῦντές τε τῷ Λιγύρων τυράννῳ τῷ Φιλίππῳ. καὶ τήν τε Κέρκυραν πῦρ ἐνιέντες ἐς τὰ προάστεια κατέκαυσαν, καὶ ἔβλαπτον εἴ τι προχωροίη αὐτοῖς. ὕστερον μέντοι, ὡς πρὸς τὸν Ταρακόνων βασιλέα ᾧ ὄνομα Ἀλφόνσος διενεχθέντες, ἐμάχοντο πρὸς Γαέτην πόλιν τῆς Ἰταλίας· ἐνταῦθά τε γὰρ καθορμιζομένων τῶν τοῦ βασιλέως Ἀλφόνσου νεῶν μεγίστων, καὶ ὡς ἐπύθοντο οἱ Ἰαννῖοι τόν τε στόλον αὐτοῦ ἐνταῦθα ὡς ἐπ' αὐτοὺς παρασκευαζόμενον τὸν βασιλέα, πληρώσαντες ναῦς μεγίστας δὴ P. 141 ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, τῶν ἐπὶ τὴν ἐμπορίαν ἀφικνουμένων, καὶ ἐξοπλισάμενοι ἀπὸ τῆς πόλεως ἀνήγοντο ἐπὶ τοὺς Ταρακονησίους, καταλαβόντες δὲ αὐτὸν ἐν τῷ Γαέτης λιμένι διεναυμάχουν ταῖς τοῦ βασιλέως ναυσὶν ἐπὶ πολὺν χρόνον. ἔτυχε δὲ αὐτοῦ τότε παρὼν ἐν τῇ πόλει ὁ βασιλεύς, καὶ τὴν μάχην θεώμενος ἤσχαλλέ τε καὶ ἠθύμει, ὅτι πλειόνων ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ναυσὶν ὄντων ἀνδρῶν οὐχ οἷοί τε ἐνῆν ὑπερβάλλεσθαι τὰς τῶν πολεμίων ναῦς. καὶ δὴ καὶ ἐμβὰς αὐτὸς ἐς τὰς ναῦς ὥστε ἐποτρῦναι αὐτοὺς ἐπὶ τὸν πόλεμον, μάχης οὖν καρτερᾶς γενομένης ἥ τε ναῦς ἑάλω, καὶ σὺν αὐτῇ τε ἅμα ἑάλω καὶ ὁ Ταρακόνων βασιλεύς. εἷλε δὲ καὶ τὴν ναῦν γραμματιστὴς τοῦ Ντόρια, ναυαρχοῦντος τότε τοῖς Ἰαννΐοις. οἳ ἐπεὶ- B

17. ἦσαν? 22. ὃς P: corr H

conensium rege gerere auspicabantur. naves militibus, contra Venetos quas ducant, complent. urbes versus Ionium adnavigantes graviter affligebant; nec abstinebant ab iis quae in Aegaeo mari habitantur. haec autem magno animo peragebant, ut Venetos ulciscerentur propter Ligurum tyrannum nomine Philippum. praeterea ignem iniicientes in Corcyram suburbana incenderunt, quae cremata sunt; et latius saeviisset incendium, si res, ut animo agitarant, evenisset. postea praelium commisere, cum inimicitiae hostiles intervenissent cum Alphonso Tarraconensium rege, ad Gaeten sive Caietam Italiae urbem. huc enim regis Alphonsi naves appulerant maximae. quod ubi cognoverunt Ianuenses, videlicet regis classem eo collectam stare comparatam adversum sese, cives armatos naves maximas, quas huc mercium gratia vehisse comperimus, conscendere iubent; solventesque ab urbe cursum contra Tarraconenses dirigebant. cum autem Tarraconensium regem assecuti essent in portu Caietae, tempore longo certarunt. rex eo tempore intra moenia existens praelium spectabat; et admodum dolebat, quod sui, qui plures numero erant, hostes superare non possent. ingressus igitur ipse naves, suos cohortando ad praelium accendere nitebatur. commisso itaque praelio magno capta

τε περιεγένοντο καὶ αὐτὸν εἷλον τὸν βασιλέα, ἀπέπλεον ἐπ' οἴκου. ὡς δὲ ἀγχοῦ τῆς πόλεως ἐγένοντο, πρὶν ἢ ἐς τὴν πόλιν αὐτὸν καθορμίσασθαι, ἀποστρέψας ἔπλει ἐπὶ τὴν τοῦ Λιγύρων ἡγεμόνος χώραν, ὡς αὐτόν τε ἐκείνῳ ἄξων αἰχμάλωτον τὸν βασιλέα Ἀλφόνσον, καὶ οἰόμενος μέγα τι ἀποίσεσθαι αὐτῷ κέρδος ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος. ἐπιβὰς δὲ τῆς χώρας αὐτοῦ ἧκεν ἄγων τὸν βασιλέα αἰχμάλωτον παρὰ τὸν Λιγυρίας τύραννον. ἐνταῦθα ὁ Μεδιολάνου ἡγεμὼν οὗτος τόν τε βασιλέα ὑπεδέξατο ἐν τιμῇ, καὶ μεγάλως τιμήσας αὐτὸν ἀπέπεμψεν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ. καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε οἵ τε
C Ἰαννΐων ἄνδρες γνώμῃ διενεχθέντες πρὸς τοῦτον οὐ πολλῷ ὕστερον ἀπέστησαν καὶ τὸν ἄρχοντα ἐξήλασαν, καὶ τοὺς ἐς
V. 111 τὴν τῆς πόλεως ἀκρόπολιν καταφυγόντας ὁμολογίᾳ παραστησάμενοι· καὶ αὐτοὶ ἐς τὰ πατρῷα σφίσι τοῦ λοιποῦ τὴν πόλιν διῴκουν, ἐγκαθιστάντες δὲ ἡγεμόνας τῶν ἀστῶν ἐπὶ τῇ ἡγεμονίᾳ, ᾗ καὶ πρότερον αὐτοῖς ἐνομίζετο. ὁ μέντοι Ἀλφόνσος ἀπολυθεὶς ὑπὸ Μεδιολάνου ἡγεμόνος εὔνως τε αὐτῷ εἶχε, καὶ ἐπιτηδείως ὑπουργῶν ἅττ' ἂν αὐτῷ πρὸς χάριν ἡγήσαιτο ἥδεσθαι οὐκ ἐπαύσατο διὰ παντός, ἐς ὃ δὴ ὁ τοῦ Μεδιολάνου ἡγεμὼν ἐτελεύτησεν.

Οὗτος δὲ ὁ Ταρακονησίων βασιλεὺς τῆς τε Βαλεντίας βασιλεύων καὶ Ταρακῶνος καὶ τῆς τε Σαρδόνος νήσου καὶ

5. ἀποίσασθαι P 6. αὐτὸς? 13. καταφυγόντες P: corr H
19. ἔσεσθαι?

navis est, quae vehebat regem Tarraconensium. rex simul in potestatem venit. scriba autem Doriae navem cepit, qui in praelio isto navali Ianuensium dux erat. qui cum victores praelio excessissent, regem captivum vehentes domum reversi sunt. naves igitur cum appropinquassent ianuae, priusquam urbem iniret dux, navigavit ad Ligurum ducis regionem, ut ei captivum Alphonsum traderet, sperans se inde haud parum commodi accepturum. ingressus itaque Ligurum ducis regionem regem captivum ad eum perduxit. dux Mediolani honorifice et magnifice regem excepit, et tandem incolumem suo regno restituit. at Ianuenses rei indignitate permoti ab illo defecerunt et ducem expulerunt. deinde pergentes contra arcem, eam pactionibus in potestatem acceperunt; et deinceps ritu patrio urbem administrarunt, promoventes ad principatus honorem iuxta antiquas suas leges aliquem de civium numero. Alphonsus dimissus ad suos a Mediolani duce, beneficii memor hunc semper coluit; nec ei gratificari quibuscunque in rebus potuit, cunctatus est, quaadiu dux superstes mansit.

Hic Tarraconensium rex imperio temperans Valentiam, Tarraconem, Sardiniam insulam, Cyrnum et Barcenona Iberiae urbem opu-

Κύρνου, καὶ ἐπάρχων τῆς Βαρκενώνης πόλεως εὐδαίμονος D *κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἀφίκετο ἐς Σικελίαν μὲν πρῶτον, μετὰ δὲ ταῦτα ἐς Ἰταλίαν καὶ ἐπὶ Παρθενόπην, καὶ τὴν βασιλείαν κατέσχε τρόπῳ τοιῷδε· τὴν γὰρ Νεάπολιν ταύτην τῆς Ἰταλίας προελθοῦσαν τὸ παλαιὸν ἐς τὸν Κελτῶν βασιλέα, ἀπεδείκνυτο ἀπὸ οἴκου τοῦ βασιλέως ἐς τήνδε τὴν χώραν τῆς Ἰταλίας βασιλέα καὶ ἄρχοντα. ἡ δὲ βασιλεία ἄρχεται μὲν ἀπὸ Ἰαπυγίας ἄκρας καὶ Μεσαπίας, καὶ ἐπὶ πολὺ προϊοῦσα κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον ἐπ' ἀριστερὰ εἰσπλέοντι ἀμείβει τε τὴν χώραν τῆς Βάρης οὕτω καλουμένης, καί γε τὴν βασιλικωτάτην ἐπέχει λόγου ἀξίαν οὕτω χώραν. μετὰ δὲ τὴν Γήπονον οὕτω καλουμένην διήκει ἐπὶ Γαέτην καὶ ἐπὶ Δεδίην,* P. 142 *πόλιν ὁμοροῦσαν τὸ πρὸς ἑσπέραν τῇ Ῥωμαίων χώρᾳ, τὸ δὲ πρὸς ἕω τῷ Ἰονίῳ. ἔχει δὲ καὶ τὴν πρὸς Σικελίαν τετραμμένην χώραν, Ἑλλάδα τὸ παλαιὸν καλουμένην, τὰ νῦν δὲ Καλαβρίαν. ὡς δὴ οὖν ἐπὶ τῶν Κελτῶν βασιλέα περιελήλυθεν ἡ τῆς Νεαπόλεως βασιλεία, ἐπέστησαν αὐτῇ βασιλέα τῶν προσηκόντων αὐτοῖ, ἕνα οἴκου τοῦ βασιλέως. ὡς δὲ ἀφικόμενος ἐς τὴν Νεάπολιν (Λαντίλαος δ' ἦν ὄνομα αὐτῷ) ἐβασίλευέ τε τῆς χώρας, καὶ ἐπὶ μέγα δυνάμεως τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐπί τε τὴν Τυρρηνῶν ἀρχὴν ἐστρατεύετο καὶ ἐπὶ τὴν λοιπὴν Ἰταλίαν, μεγάλα ἀποδεικνύμενος ἔργα. καὶ δὴ καὶ ἐπὶ τὴν τῶν Τυρρηνῶν μητρόπολιν Φλωρεντίαν στρατὸν*

12. *ἐπὶ Δεδίην*] Anagniam margo P

lentam, primum in Siciliam appulit, postea venit in Italiam et Parthenopen, quae et Neapolis, regnumque in hunc modum occupavit. Neapolis quondam Italiae subiecta, translata est ad Gallorum regem, qui de sua familia semper regem et principem huic praeficiebat. regnum autem hoc incipit ab Iapygia summa et Mesapia; et in longum progrediens versus Ionicum sinum, dextra ambit regionem Vares sive Barum dictam. regio ista plane regalissima et regio nomine digna est. post Gepanum (sive Brutios, Terram laboris) sic nominatim extendit se usque Gaeten et Diam urbem Romanorum regioni finitimam. et hic quidem terminus est occidentalis. versus Orientem attingit Gonium. qua autem spectat Siciliam, regionem habet antiquitus Graeciam, nunc vero Calabriam nuncupatam. ubi primum in dicionem regis Gallorum istud regnum concessit, accepit regem propinquum genere regi Gallorum. qui ut pervenit in regnum (nomen eius erat Lantilaus), regioni isti universae imperavit. cum iam opibus reliquaque potentia plurimum polleret, arma cepit adversus Tyrrhenorum regnum atque adeo contra reliquam Italiam, ubique praeclara facinora designans, et quidem movens exercitum contra Tyr-

B ἐπαγόμενος καὶ προσκαθεζόμενος ἐπολιόρκει. ὡς δὲ χρονιωτέρα ἐγένετο ἡ πολιορκία, λέγεται ὡς ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ ἀφικόμενοι οἱ τῆς πόλεως λόγους προσέφερον περὶ εἰρήνης, φάσκοντες πείσεσθαι αὐτοὺς ὅ τι ἂν κελεύοι, καὶ ἐπὶ τούτοις διαλύεσθαι. τὸν δὲ ξυμβαίνοντα αἰτεῖσθαι τῶν ἀστῶν τινὸς θυγατέρα, εὐπρεπῆ τε οὖσαν καὶ πασῶν δὴ τῶν ἐν τῇ πόλει λεγομένην εἶναι καλλίω [, ταύτην ὡς ἐπύθετο κάλλει διενεγκεῖν τῶν ἐν τῇ πόλει λεγομένων εἶναι]. φέρει δὲ αὕτη ἡ πόλις μάλιστα δὴ γυναῖκας κάλλει διαφερούσας τῶν ἐν Ἰταλίᾳ μετ' αὐτήν γε παρθένους. ταύτην δὲ ἀναπυνθανόμενος οὕτω ἔχειν ἐς κάλλος (ἦν δὲ ἄλλως ὁ βασιλεὺς οὗτος καὶ
C ἐς γυναῖκας ἐπιμανὴς καὶ ἀκόλαστος), αἰτούμενος ταύτην αὐτῷ δοθῆναι τὴν γυναῖκα, ἐπὶ τῇ ξυμβάσει αὐτὸν συναινέσαι τοὺς Τυρρηνούς, καὶ κελεῦσαι τὸν πατέρα, σκευασάμενον τὴν θυγατέρα αὐτοῦ τῷ καλλίστῳ δὴ κόσμῳ, ἐκδοῦναι τῷ βασιλεῖ. τυχεῖν δὲ ἰατρὸν τὸν τῆς παιδὸς ταύτης πατέρα, ἥκοντά τε ἐς τὰ πρῶτα τῆς τέχνης καὶ ἐπὶ πεῖραν πολλῶν ἀφικόμενον. ὡς δ' οὐκ ἠδύνατο διαφυγεῖν ὥστε μὴ ἐκδοῦναι τὴν θυγατέρα, ἐγκερασάμενον κώνειον ὡς ἠδύνατο ἰσχυρότατον (ἐν δὴ ταύτῃ τῇ πόλει μάλιστα δὴ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων ἐγκιρνῶνται τὸ κώνειον ἄμεινον τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι) καὶ ἐμβάψαντα τὸ λέντιον ἐς τὸ κώνειον, φέροντα δοῦναι τῇ

7. λεγομένων P ταύτην — εἶναι] haec unus codex om 14. ἐσκευασάμενον P.

rhenorum urbem Florentiam, eamque obsidens expugnare nitebatur. cum autem in longum urbis obsidio extraheretur tempus, et obsessi iam ad extremam venissent necessitatem, ferunt eos in colloquium venisse cum rege, petentes pacem, promittentes interim se promptos et paratos esse facere quaecunque imperasset, saltem pacem daret petentibus. quorum precibus victus postulavit civis cuiusdam filiam forma excellentem omnes quae tum in ea urbe formosae habebantur. hanc cum accepisset formae elegantia omnes superare (fert enim urbs ista mulieres in primis forma praestantes virginesque venustissimas), eam petiit sibi uxorem dari, cum in colloquium cum Tyrrhenis super pace iungenda venisset. erat enim rex ille caetera intemperans et libidinosissimus, et tantum non insaniebat amore mulierum. iusserunt itaque Tyrrheni ut pater virginis eam quam pulcherrime exornatam regi traderet. aiunt puellae patrem fuisse medicum insignem, adeo ut facile omnes ea facultate superaret. cum igitur multa tentaret, nec tamen posset ulla ratione sibi consulere quin filiam regi daret, commiscuit cicutam quam potuit efficacissimam. in ista namque Italiae urbe cicutam commiscere solent efficaciorem quam

θυγατρί, ὡς ἐπειδὰν αὐτῇ ἐπιμίσγοιτο ὁ βασιλεύς, μετὰ τὴν D
συνουσίαν ἐκμάσσειν τὸ αἰδοῖον τῷ λεντίῳ ὡς εὐπρεπέστατα·
ταύτην δὲ λαβοῦσαν τὸ λέντιον, θέας τε ἄξιον ὂν καὶ χρυσῷ
κεκοσμημένον, φυλάττειν, ὥστε ὑπουργεῖν τῷ βασιλεῖ μετά γε
τὴν συνουσίαν, ᾗ ἐνετέλλετο αὐτῇ ὁ πατήρ. ἐπεὶ δὲ ἄγοντες V. 112
τὴν γυναῖκα ἐνεχείρισαν τῷ βασιλεῖ, θεασάμενον ἐκπλαγῆναι
τῷ κάλλει αὐτῆς καὶ ἐρασθέντα συγγενέσθαι, πειθομένην τὴν
παῖδα τῷ πατρὶ κατὰ τὰ ἐντεταλμένα, τῷ τε λεντίῳ αὐτίκα
φιλοφρονουμένην ἐκμάσσειν τὸ αἰδοῖον. καὶ ὡς ἥψατο ἐν
ὑγρότητι γενομένου, αὐτίκα πυρέξαι τὸν βασιλέα καὶ μετ' οὐ P. 143
πολὺ ἀποθανεῖν. τελευτῆσαι μὲν δὴ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ,
ὡς ἐπ' αὐτὴν ἐπελήλυθε τὸ κώνειον, διανεμηθὲν ἐγένετο, δι'
ὑγροῦ τὸ κώνειον ἁψαμένους τοῦ λεντίου. τελευτήσαντος μὲν
οὖν οὕτω τοῦ βασιλέως τόν τε στρατὸν διαλυθῆναι, ἀποχω-
ρήσαντα ἐπ' οἴκου, καὶ τὴν πόλιν ἐλευθέραν γενέσθαι τῆς πο-
λιορκίας. λέγουσι δὲ Ἰταλῶν τινὲς ὡς οὐχ ὁ πατὴρ εἴη ὁ τὸ
λέντιον δεδωκὼς τῇ γυναικὶ καὶ ἐγκερασάμενος, ἀλλ' ἡ βουλὴ
τῆς πόλεως αὐτὴν συσκευάσασα τῷ καλλίστῳ κόσμῳ, ὡς εὐ-
πρεπεστέραν φανῆναι τῷ βασιλεῖ, καὶ τὸ λέντιον δοῦναι, τού-
τῳ δὴ φιλοφρονεῖσθαι βασιλέα ἐς τὴν συνουσίαν. ἀλλὰ ταῦ-
τα μὲν ἐς τοσοῦτον λεγόμενα παρίεμεν, οὐκ εὐπρεπῆ ὄντα·
μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως Λαντιλάου τὴν γυναῖκα B

6. θεασάμενος P   7. πυθομένην P

in reliquis urbibus. accepit et pannum, quem cicutae immersit, ut venenum imbiberet. quo facto, pannum veneno imbutum filiae dedit, monens ut, ubi rex cum ea concubuisset, ipsa panno isto mentulam eius quam decentissime abstergeret. hunc igitur cum accepisset pannum auro exornatum spectaculoque dignum, eum diligenter custodivit, ut regi, sicuti pater praeceperat, post concubitum inservire posset. ducentes igitur virginem istam obtulerunt regi. qui ea visa, formae pulchritudine captus, obstupuit, amoreque ardens cum ea Veneris foedus iniit. puella autem iussa patris faciens, multis blandimentis adhibitis, panno regis mentulam abstersit. quo cum esset tactus rex, in humorem nonnihil resolutus in febrim incidit acutissimam et continuo expiravit. etiam puellam esse mortuam tradunt, cum et ipsam cicuta per humorem diffusa contagio infecisset. regis exercitus, ubi primum ipse mortem obiit, dilapsus domum rediit, et Florentia obsidione liberata est. quidam Itali perhibent non patrem pannum infectum veneno puellae tribuisse, verum senatum urbis eam exornasse quam pulcherrimo ornatu, ut formosissima regi appareret; eundem etiam senatum pannum dedisse. hinc ad coitum mire alliciebatur rex. sed haec hactenus, quia turpia sunt, dixisse

αὐτοῦ ἐνοχλουμένην εἰς τὴν βασιλείαν ὑπό τε τῶν Ἰταλῶν καὶ ὑπὸ τῶν τῆς χώρας ἀρχόντων, πράγματα παρεχόντων αὐτῇ γημαμένῃ Ῥαινερίῳ τῷ Προβεντίας βασιλεῖ, ἀνεψιῷ δ' ὄντι τοῦ Κελτῶν βασιλέως, παραδοῦναί τε τὴν βασιλείαν τῆς Παρθενόπης. ταύτην δ' εἶναι θυγατέρα ἐπυθόμεθα τοῦ Τάραντος τε καὶ τῆς Ἰαπυγίας ἡγεμόνος, τοῦ Οὐρσίνων οἴκου ἤτοι Ἀρκίων, ὡς ἂν ταύτῃ Ἑλληνιστὶ λέγοιτο, ἀνδρὸς τὰ μέγιστα δυναμένου ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ τῆς Νεαπόλεως. τὸν μὲν οὖν Ῥαινέριον παραλαβόντα τὴν βασιλείαν διαγενέσθαι βασιλεύοντα ἔτη δυοκαίδεκα· ἐν τούτῳ δὲ Ἀλφόνσον τὸν Ταρακό-
C νων βασιλέα καὶ Σαρδόνος καὶ Βαλεντίας, οἴκου ὄντα τῶν Μεδίνων, στόλον ναυπηγησάμενον μέγιστον, ἐπαγομένων αὐτὸν τῶν ἐν Σικελίᾳ Πανορμέων, ἀφικέσθαι τε ἐς Σικελίαν καὶ ὑφ' αὑτῷ σύμπασαν ποιησάμενον ἔχειν, μετὰ δὲ ταῦτα ἀπὸ ταύτης τῆς νήσου ὁρμώμενον κατασχεῖν τὴν ἐν τῇ Παρθενόπῃ ἀκρόπολιν τὴν μεσόγαιον· εἰσὶ γὰρ τῇ πόλει ταύτῃ δύο παράλιοι ἀκροπόλεις καὶ μία μεσόγαιος. στρατὸν δ' ἐπαγόμενος ἐπολιόρκει τε τὴν πόλιν, καὶ μηχανὰς προσφέρων ἐπειρᾶτο ἑλεῖν· ἔνθα καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ βληθεὶς τηλεβόλῳ ἐτελεύτησε. μετ' οὐ πολὺ δὲ παραστησάμενος εἷλέ τε καὶ κατέσχε τὴν πόλιν. μετὰ ταῦτα τήν τε ἀκρόπολιν ἐπολιόρκει, τήν τε παράλιον καὶ τὴν μεσόγαιον. τὴν μέντοι μεσόγαιον
D παραστησάμενος λιμῷ ἐξεπολιόρκησε, τὴν δὲ παράλιον παρα-

12. ἀπαγομένων P

sufficiat. post obitum regis Lantilai, cum uxor eius admodum inquietaretur propter regnum ab Italis, necnon regionis duces ipsi plurima negotia facesserent, nupsit Rainerio provinciae regi, Gallorum regis patrueli, eique regnum Neapolitanum tradidit. accepimus autem hanc fuisse filiam Tarenti et Iapygiae ducis, qui ortus ex familia Ursinorum sive (ut Graece dicam) Arctiorum, quique plurimum pollebat opibus et potentia in regione Parthenopes. Rainerius annis regnavit duodecim. interea Alphonsus natus de familia Medinorum, rex Tarraconensium, Sardiniae et Valentiae classem adornabat maximam. qua instructus, cum Siceliotae remiges strenuam operam locarent, in Siciliam delatus est; quam subegit et postmodum imperio rexit. hinc deinde profectus Parthenopes arcem mediterraneam occupavit. Parthenope arces habet maritimas duas et unam mediterraneam. adducens igitur Alphonsus copias urbem eam oppugnabat, et admovens machinas muro omnigenas eam sui iuris facere conabatur. ibi tum Alphonsi frater bombardae globo ictus occubuit. nec multo post urbs in manus venit. hinc copias ad maritimam et mediterraneam movit. mediterraneam fame expugnavit, maritimam cepit, cum

διδόντων αὐτῷ τῶν φυλάκων κατέσχε καὶ φρουρὰν ἐγκαθί-
στησιν. ἡ δὲ τοῦ βασιλέως γυνὴ ἐπολιορκεῖτο μὲν ἐν τῇ πρὸς
τῷ τῆς πόλεως λιμένι ἀκροπόλει· καὶ ὅ τε ἀνὴρ αὐτῆς ὑπε-
ξῆλθεν ἀπελαυνόμενος, καὶ ἀπέπλει ἐπὶ Προβεντίας ὡς στρα-
τόν τε ἐπάξων ὅτι τάχιστα καὶ τιμωρήσων τῇ γυναικί. ἔνθα
ἡ βασίλεια Φορτίαν τὸν τῆς Μάρκης ἡγεμόνα μεταπεμψαμέ-
νη, καὶ τότε δὴ ἐν Ἰταλίᾳ μέγα δυνάμενον τὰ ἐς στρατη-
γίαν, τόν τε Ἀλφόνσον ἐξήλασε τῆς πόλεως. ἐκβαλοῦσα ἐκεῖ-
νον ἴσχει τὴν πόλιν, συνεπιλαβομένου τοῦ Φορτία αὐτῇ. ὡς
δὲ ἐπ' αὐτῇ τὰ πράγματα ἐγένετο, τήν τε ἀκρόπολιν ἐπο-
λιόρκει τὴν πρὸς τῷ ὄρει μεσόγαιον, καὶ ὡς οὐκ ἠδύνατο
ἑλεῖν προκαθεζομένη, λιμῷ ἐπολιόρκει. μετὰ δὲ ταῦτα χρό- P. 144
νου οὐ πολλοῦ διελθόντος, τοῦ Φορτίου διατρίβοντος ἐν Ἰτα-
λίᾳ καὶ ἔχοντος ἀμφὶ τοὺς οἰκείους πολέμους, ὡρμημένος ἀπὸ
Σικελίας ὁ Ταρακῶνος βασιλεὺς Ἀλφόνσος τήν τε Καλαβρίαν
ὑπηγάγετο μὲν πρῶτα, μετὰ δὲ ταῦτα στράτευμα συλλέξας
ἐπήλασέ τε δεύτερον καὶ κατέσχε τὴν πόλιν. καὶ ἥ τε βασί- V. 113
λεια Ῥαινερίου ὑπεξέσχε ἐς τῆς ἀκροπόλεως ἐπὶ τὸν παῖδα
αὐτῆς, ἡγεμόνα Ταράντου καὶ Ἰαπυγίας· τὸν γὰρ δὴ ἡγε-
μόνα τῆς Ἰαπυγίας ἐγήματο μετὰ τὴν τελευτὴν Λαντισλάου,
ἀφ' ἧς ἔσχε παῖδα τοῦτον τὸν Ἰαπυγίας ἡγεμόνα. ὡς μέν-
τοι Ἀλφόνσος κατέσχε τὴν πόλιν καὶ χώραν τὴν Γήπονον B
καλουμένην, ἐπολέμει πρὸς τὸν Ἰαπυγίας ἡγεμόνα παῖδά τε
τῆς Μαρίας βασιλίδος, καὶ ἐπιὼν κατεστρέφετο τὴν χώραν.

eam dederent milites qui in ea erant; cui et praesidium imposuit. uxor autem regis obsidione urgebatur in arce, quae sita est in portu prope urbem. maritus vero clam egressus navigabat in Provinciam, inde adducturus exercitum, quo munitus uxori obsessae suppetias ferret. interea regina, cum obsidione premeretur, accersens Sphortiam Marchiae principem, qui ea tempestate dux belli peritissimus habebatur, Alphonsum expulit, urbemque adiuta ab Sphortia recuperavit. cum autem regina iam rerum summa potiretur, arcem mediterraneam in monte sitam obsidione circumdat; quam cum vi capere non posset, fame expugnavit. postea non longo tempore interiecto, cum Sphortia domesticis distineretur bellis, Alphonsus Tarraconensium rex ex Sicilia profectus Calabriam primo subegit; postmodum comparato exercitu iterum Parthenopen accessit, eamque occupavit. regina autem Rainerii ex arce clam effugiens contendit ad filium suum, Tarenti et Iapygiae principem. nam nupserat post Lantilai mortem Iapygiae principi; ex qua filium hunc Iapygiae principem tulit. Alphonsus, urbe capta et regione quae Gepanum nominatur

χρόνου δὲ ἐπιγινομένου πρέσβεις τε πέμπων παρ' αὐτὸν ὁ τῆς Ἰαπυγίας ἡγεμὼν ἠξίου τε αὐτῷ σπένδεσθαι, ἐφ' ᾧ καὶ ἐπιγαμίαν ποιησάμενος· ἡρμόσατο γὰρ δὴ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῷ παιδὶ αὐτοῦ νόθῳ Ἰνφερανδῳ τὴν ἀδελφιδοῦν τοῦ Ἰαπυγίας ἄρχοντος, θυγατέρα δὲ τοῦ Βενόζης ἡγεμόνος. καὶ σπονδὰς ποιησάμενοι ἐφ' ᾧ ξένους τε καὶ ὑπηκόους εἶναι τῷ βασιλεῖ Ἀλφόνσῳ, μετεπέμπετο ἐπὶ τὴν Νεάπολιν, ἔνθα δὴ ἀφικόμενος ἐς δέος καθίστατο μὴ ἁλῷ ὑπὸ τοῦ βασιλέως. καὶ διὰ τόδε τὸ δέος ἔδοξε παθεῖν τὰ ἐς φρένας.

C Οὕτω μὲν ἐς Ἰταλίαν ἐπὶ τὴν βασιλείαν τῆς τε Σικελίας καὶ Παρθενόπης ἀφίκετο Ἀλφόνσος ἀπὸ Ταρακῶνος· ἐλθὼν δὲ ἐς Ἰταλίαν διέτριβεν αὐτοῦ τὰ μὲν πρὸς τοὺς Τυρρηνοὺς τὰ δὲ πρὸς τοὺς Οὐενετοὺς πολεμῶν, τὰ δὲ καὶ σπενδόμενος διετέλει. Ἰανυΐους μὲν ἐπῆγε στόλῳ μεγάλῳ Ῥαινέριος βασιλεὺς ἐπὶ τὴν πόλιν, καὶ ἐπειρῶντο ἀποβῆναι· καὶ ὡς οὐχ οἷοί τε ἐγένοντο, ἀπέπλεον ἐπ' οἴκου.

Ἀλφόνσος μὲν οὖν τὴν Λιγύων χώραν καὶ Ταρακῶνος ἐπέτρεψε τῷ ἀδελφῷ, βασιλεῖ γενομένῳ Ναβάρης· τοῦτον γὰρ ἀπὸ Ταρακῶνος ἐπαγόμενοι οἱ τῆς Ναβάρης χώραν ἐνοικοῦντες, ὅτι γυναῖκα ἐγεγαμήκει τοῦ βασιλέως θυγατέρα, καὶ
D σφίσιν ἐστήσαντο βασιλέα κατὰ τὰ σφῶν αὐτῶν ἔθιμα. οἱ

subacta, bello persequi aggressus est Iapygiae principem, Mariae reginae filium. accedens igitur, copiis quamplurimis instructus, regionem subiiciebat. princeps igitur Iapygiae necessitate motus legatos misit qui pacem orarent; quam consecutus est. paci autem iunxerunt affinitatem: nam rex filio suo notho, cuius nomen erat Impheranndus, in matrimonium collocavit consobrinam principis Iapygiae, filiam vero principis qui Venozam rexerat. peracto foedere, in quo tenebatur ut in posterum et hospites regique obedientes essent, Iapygiae princeps Parthenopen vocabatur. eo cum venisset, admodum metuebatur ne caperetur ab rege. propter hunc metum, qui adeo magnus erat, phrenesi laborare creditus est.

Hoc modo in Italiam ab Tarracone profectus Alphonsus Sicilia et Neapolitano regno potitus est. cum venisset in Italiam, ibi moratus est, nunc cum Venetis nunc cum Tyrrhenis bella gerens, et foedera pangens. rex Rainerius Ianuensium classe magna ad urbem accessit. cum autem conarentur milites exponere navibus in urbem, nec coepta succederent, re infecta domos rediere.

Alphonsus Ligurum et Tarraconis regionem fratri suo regi Nâbaris commisit. hunc enim Nabaris regionis incolae petentes, ab Tarracone, quod regis filiam uxorem duxisset, sibi regem iuxta patriam consuetudinem ordinarunt. nam maxima pars occidentalium tributa quidem

γὰρ πρὸς ἑσπέραν οἱ πλείους σχεδόν τι ἀποφέρονται μὲν καὶ D τὰς τῶν πόλεων προσόδους, ἀρχὰς δὲ οὐ πάνυ τι αὐτοῖς ἔξεστιν ἐγκαθιστάναι ἐς τὰς πόλεις ἢ φυλακάς, ἀλλ' αὐτοί τε οἱ ἐπιχώριοι τάς τε ἀρχὰς μετίασι καὶ φυλακὰς καταστησάμενοι τὴν χώραν ἐπιτροπεύουσι, καὶ τὰ πάτρια σφίσι βιάζεσθαι οὐκ ἔξεστι τοὺς ἐπιχωρίους τὸν βασιλέα παρὰ τὰ σφῶν αὐτῶν ἔθιμα. τότε μὲν οὖν, ὡς ἐπαγομένων σφίσι βασιλέα τῶν Ναβάρης ἀστῶν ἐπὶ τὴν χώραν τὸν Ἀλφόνσου ἀδελφὸν ἐγένετο αὐτῷ ἀπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ παῖς καὶ ἐτράφη ἀμφὶ τὰ δώδεκα ἔτη γεγονώς, τὸν μὲν παῖδα κατέσχον αὐτοῦ, τὸν δὲ βασιλέα ἀπεπέμψαντο, φάμενοι ὡς ἐπεί τε ἐγένετο παῖς, οὐ μετεῖναι αὐτῷ τῆς βασιλείας ἔτι τοῦ λοιποῦ, ἀλλ' εἰς τὸν P. 145 παῖδα ἀνήκειν. ταῦτα μὲν ὕστερον οὐ πολλῷ ἐγένετο. ὅτε δὲ ἐπὶ Ἰταλίαν ἀφίκετο Ἀλφόνσος, τόν τε ἀδελφὸν κατέλιπεν ἐπιτροπεύειν τὴν χώραν αὐτοῦ.

Ἄρχεται δὲ αὕτη ἀπὸ Βαλεντίας τῆς χώρας. καὶ ἡ Βαλεντία πόλις ἐστὶ μεγάλη τε καὶ εὐδαίμων, καὶ βασίλειά ἐστιν ἐν αὐτῇ βασιλέως Βαλεντίας. οἰκεῖται δὲ αὕτη ἡ πόλις ἀπὸ τοῦ πορθμοῦ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν διέχουσα σταδίους ἀμφὶ τοὺς ἑπτακοσίους, ἀντικρὺ Σαρδόνος τῆς νήσου. μετὰ δὲ ἡ Ταρακῶν καλουμένη χώρα διήκει ἔστε ἐπὶ Βαρκενώνην. ταύτης δ' ὡς ἔχεται τῆς Ταρακῶνος χώρας ἐπὶ Προβεντίαν τὴν Γαλατίαν. ὥστε δεῖ λεγεῖν τοὺς ὅρους τῆσδε

7. ἐπαγόμενον P: corr H   22. ὡς] αὖ?

cit, ut eam tutaretur. cum autem ea urbs usque seditionum procellis iactaretur, et seditiosi usque inter se contendere non cessarent, plane inter istos tumultus vir ille divinus apparuit. urbs ista opibus et reliqua felicitate nihil cedit vel praecipuis Italiae oppidis: literarum studio praestantissimis Italiae urbibus connumeratur. Isidorum virum prudentem patriaeque amantem, cum Byzantii pro patria pugnaret, a barbaris captum esse constat. pontifex Eugenius hunc virum, cum eius auctoritas maxima apud Graecos haberetur, elegit, putans eum rebus suis plurimum momenti allaturum in concordia cum Graecis iungenda; quod et evenit. rex Graecorum cum praesidium ad retinendum Byzantium peteret, pontifex respondit promittens, sibi in posterum et regnum illud Graecosque curae fore; praeterea se non cessaturum Pannones et Germanos incitare ut arma contra Turcos capiant, quatenus Graecis et aliis bonum videatur.

His ita compositis rex Byzantium proficiscitur. Graeci domum reversi non amplius his quae convenerant in Italia, stare voluerunt: verum apprehendentes sententiam diversam, noluerunt amplius in religionis negotio adhaerere Romanis. hinc motus pontifex Romanus

χιερεὺς καὶ σοφῶν τινὰς ἐπεπόμφει ἐπὶ τὸ Βυζάντιον παρὰ τοὺς Ἕλληνας, ἐς διάλεξιν ἀφιξομένους τοῖς τῶν Ἑλλήνων σοφοῖς, οἳ οὐ προσίεντο τὴν γενομένην σφίσι ξύνοδον κατὰ τὴν Ἰταλίαν, Μάρκῳ τε τῷ Ἐφέσου ἀρχιερεῖ, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τιθεμένῳ τῷ τῶν Λατίνων δόγματι τὸ παράπαν, καὶ Σχολαρίῳ τῷ τότε παρ' Ἕλλησι τὰ ἐς σοφίαν εὐδοκιμοῦντι. οὐ μέντοι ἠνύετο αὐτοῖς οὐδὲν ἐς λόγων ἅμιλλαν ἀφικνουμένοις, ἀλλ' ἀπεχώρουν ἄπρακτοι ἐπὶ Ἰταλίας. B

Ὁ δὲ Εὐγένειος οὐ πολλῷ ὕστερον ἀφίκετο ἐς Ῥώμην, συμβαλλομένων αὐτῷ τῶν Οὐενετῶν, φερομένων τότε τῷ πολέμῳ ἄμεινον πρὸς τὸν Λιγυρίας τύραννον. οἱ γὰρ Οὐενετοὶ ἐπαγόμενοι στρατηγὸν σφίσιν ἄνδρα Λίγυρα, Καρμανιώλαν τοὔνομα, κηδεστὴν γενόμενον τοῦ Λιγύρων τυράννου, τό τε στράτευμα ἐπέτρεψαν αὐτῷ· καὶ ὃς παραλαβὼν τό τε στράτευμα καὶ τὰς ναῦς, ὅσας ἠξίου πληρῶσαι αὐτῷ τοὺς Οὐενετούς, ἐστρατεύετο πεζῇ τε καὶ διὰ τοῦ Ἠριδανοῦ, ἔχων ναῦς ἐξωπλισμένας ἐς τὰς ἐπάλξεις ξυλίνας ἀμφὶ τὰς ἑβδομήκοντα, ἐπὶ τὸν Μεδιολάνου ἡγεμόνα τὸν Φίλιππον. ὑπῆν δὲ ἐκείνῳ στρατηγὸς Νικόλεως ὁ Βραχὺς ἐπίκλην, ἀνὴρ τὰ C πολέμια ἀγαθὸς καὶ ἐς τὰ πρῶτα ἀνήκων τοῦ πολέμου. καὶ πρῶτα μὲν ἐφέροντο οἱ Οὐενετοὶ ἐς τὸν πόλεμον ἐπὶ πολὺν χρόνον τινά, ἔστε τὴν λίμνην τῆς φυλακῆς διαπολεμοῦντες

viros quosdam doctos Byzantium ad Graecos misit, ut cum his in colloquium venirent; qui quidem synodum et concordiam in Italia factam non admittebant. nam Marcus Ephesi episcopus et Scholarius Graecorum doctissimus, ne ab initio quidem Latinorum dogmati consensum praestare voluerunt. ubi ad colloquium et ad disputationem ventum est, Romani nihil efficere potuerunt, verum re infecta domum reversi sunt.

Eugenius haud multo post Romam rediit, adiutus a Venetis, qui ea tempestate admodum feliciter bellum gerebant cum Ligurum tyranno. nam Veneti belli ducem crearunt virum patria Ligurem, qui antea fuerat amicus et affinis Ligurum tyranni. nomen ducis Carminiola fuit; eique exercitum commiserunt. qui ut exercitum accepit et naves tot quot militibus implere Venetos iusserat, itinere pedestri et per Eridanum proficiscebatur, habens naves ligneis propugnaculis et turribus pulcre instructas, quae numero erant septuaginta. his copiis munitus pergebat contra Mediolani tyrannum nomine Philippum. Carminiolae legatus erat Nicolaus cognomento Brachius, vir militaris rei peritissimus, qui ad summam bellicarum rerum gloriam evaserat. Veneti in eo bello victores tempore longo fuere. praeliabantur diu cum praesidio ad lacus custodiam posito. Nicolaus

ἀλλήλοις· καὶ ἐπὶ Βρίξιαν πόλιν ἐλθόντος Νικόλεω τοῦ Βρα-
χέος, καὶ πολιορκοῦντος τὴν πόλιν ὡς ἐξαιρήσοντος, ἀντέστη-
σαν ἐπὶ συχνόν τινα χρόνον, καὶ ἐς τοῦτο ἀνάγκης ἐληλυθέ-
ναι ὥστε καὶ μύας καὶ γαλᾶς ἐδηδοκέναι καὶ δεινὰ ὑπενεγ-
κεῖν μὴ ἐνδιδόντας τὸ παράπαν τοὺς Λίγυας. Γουέλφων δὲ
μοῖραν οὖσαν ἐν τῇ πόλει ἀντιστῆναι ἐπὶ τοσοῦτον. τὴν γάρ
τοι Ἰταλίαν σύμπασαν ἐς δύο μοίρας διακεκρίσθαι ἐπυθό-
D μεθα, τήν τε Γουέλφων καὶ Γιβελλίνων. ὅτῳ μὲν οὖν τρό-
πῳ καὶ γένος καὶ πόλεις τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἁπανταχῇ ἐς
δύο τούτω μοίρας διέστη, ὥστε ἀλλήλαις πολεμίας εἶναι, διε-
νεχθεῖσαι τῇ γνώμῃ διὰ παντός, καὶ ὅθεν τὴν ἀρχὴν ἔσχε
τῆς διαφορᾶς, οὔτε τινὸς ἐπυθόμην ὥστε ἀληθές τι περὶ αὐ-
τῶν ἐπισημῆναι, οὔτ' αὐτὸς συμβαλλόμενος ἔχοιμ' ἂν λέγειν
τι ἀσφαλὲς περὶ αὐτῶν. ἡ μέντοι Λιγύρων χώρα καὶ ἡ τῶν
V. 123 Ἰαννΐων ἐς τὴν Γιβελλίνων ἀποκέκριται μοῖραν, ἡ δὲ τῶν
Οὐενετῶν καὶ τῶν Ῥωμαίων καὶ ἡ Μάρκη ἐς τὴν Γουέλφων
διέστη διαφοράν. Τυρρηνοὶ μέντοι καὶ ἡ χώρα τῆς βασι-
λείας, ἐπὶ Ἰαπυγίαν μακρὰν διατείνουσα, ἐπ' ἀμφότερα τα-
λαντεύονται· οἱ μὲν γὰρ τούτων ἐς τὴν Γουέλφων οἱ δὲ ἐς
P. 157 τὴν Γιβελλίνων ἀποκέκρινται μοῖραν, καὶ ἐν μιᾷ τε καὶ τῇ
αὐτῇ πόλει ἔστιν ἰδεῖν ἄμφω τὼ μοίρα διεστηκυία τε καὶ
μαχομένα ἀλλήλαις. δι' ἃ δὴ καὶ ὡς τὰ πλέω τὰς στάσεις
λογίζομαι συμβαίνειν τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν γίνεσθαι. συνέβη
δὲ ἐν τούτῳ καὶ τοὺς ἐν Παταβίῳ ἐπαγομένους τοὺς σφῶν

Brachius Brixiam cum exercitu venit, eamque capere nitebatur. verum oppidani obsidionem longo tolerarunt tempore; eoque necessitatis ventum est, ut mures felesque ederent et durissima quaeque sustinerent potius quam ut hosti cederent. factio Guelphorum, quae in urbe erat, adeo fortiter repugnavit. universa Italia in duas factiones divisa est, Guelphorum scilicet et Gibellinorum. quomodo autem urbes totius Italiae in has factiones abierint, et inter se semper dissidentes animis pugnent, et unde dissidendi initium exortum sit, ex nemine unquam audivi quicquam, ut veri aliquid de iis determinare possim; nec ipse coniecturam faciens possim quid certi de iis tradere. Ligurum et Iannensium regio Gibellinorum factionem sectatur, Veneti et Romani, necnon Marchia, Guelphis adhaerent. Tyrrheni et reginae regio quae ad Iapygiam in longitudinem patet, utrisque favet; quidam enim horum in Guelphorum, quidam in Gibellinorum factionem discreti sunt. etiam in una eademque urbe utrasque istas factiones inter se dissidentes et pugnantes cernere est. hinc plerumque seditiones Italiam colentibus accidere puto. accidit

ἡγεμόνας, Μαρσίλιον τοὔνομα, οἴκου τῶν Καρραρίων, συντίθεσθαι αὐτῷ παραδοῦναι τὴν πόλιν. ἔστι δὲ αὕτη ἡ πόλις μεγάλη τε καὶ εὐδαίμων, ἔχουσα περίβολον ἀμφὶ τοὺς ἑβδομήκοντα σταδίους. ῥεῖ δὲ διὰ τῆς πόλεως ποταμὸς Βρέντας τοὔνομα, καὶ τούτῳ περιιόντι γενομένη ἐχύρωται ἐς τὰ μάλιστα. τοῦτον ὡς ἐπήγοντο τὸν Μαρσίλιον, συνθέμενοι ἡμέρᾳ ᾗ αὐτὸν δέοι παρεῖναι ἐς τοὔργον, ἐπιγενέσθαι τε χειμῶνα B μέγιστον, καὶ διακωλῦσαι τὸν ἄνδρα παρεῖναι ἐς ἣν συνέθετο ἡμέραν. ἕνα δὲ τῶν συνειδότων τὴν προδοσίαν, δεδιότα περὶ αὐτῷ, μὴ φθάσας ἕτερος καταμηνύσῃ τὴν προδοσίαν, ἀφικόμενος αὐτὸς ἀναγορεύει τὴν προδοσίαν. οἱ δὲ ὡς ᾔσθοντο, τήν τε πόλιν ὠχυρώσαντο φυλακαῖς, ὡς οἷόν τ' ἦν μάλιστα αὐτοῖς, καὶ τὸν Μαρσίλιον λοχίσαντες, ᾗ ἔμελλε διεξιέναι, ἐπιόντα τῇ πόλει ἑλεῖν τε, καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει ἄνδρας, ὡς ἑκατόν που τὸν ἀριθμόν, σὺν γυναιξί τε ἅμα ἀνελεῖν, καὶ αὐτὸν Μαροίλιον διαχρήσασθαι. ταῦτα δὲ ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον ξυμβαίνοντα Οὐενετοῖς ἐπέρρωσέ τε μᾶλλον, καὶ ἐς τὰς στρατηγίας Καραμανιόλου τὰ πρῶτα μὲν ἐπὶ πολὺ ἐφέροντο ἄμεινον ἐς τὸν πόλεμον τοῦ Λιγύρων ἡγεμόνος. μετὰ δὲ ταῦτα C προδιδόντος τούτου, ὡς ἐμηνύθη αὐτοῖς, ᾗ λέγεται, ἑάλω τε ἐπ' αὐτοφώρῳ ἐπιβουλεύων τῇ πόλει καὶ ἀπέθανε. τοσόνδε μέντοι λέγεται ὡς μέλλοντος αὐτοῦ ἐς τὸν χῶρον ἐς ὃν ἔδει τελευτῆσαι ἀποβαλόντα τὴν κεφαλήν, ἐπησφαλισμένῳ τῷ στόματι ἀφικέσθαι, ὡς ἂν μὴ διαμαρτύρασθαι ἔχοι ἐς τοὺς

interea ut etiam Patavini adducerent suos duces, inter quos erat et Marsilius, natus ex familia Carariorum, qui parabat Carminiolae prodere urbem. est autem ea urbs magna et opulenta, in ambitu continens stadia septuaginta. fluvius nomine Brenta eam secat; quo cum undique alluatur, munitissima redditur. hunc igitur Marsilium cum adduxissent, constituerunt diem ad quem proditio perageretur. verum eo die maxima ingruit tempestas, qua inhibitus nequivit ad praestitutum comparere diem. quidam proditionis conscius, anxius admodum ne aliquis praeveniret et proditionem patefaceret, adveniens ipse proditionis consilia aperit. qui ut rem cognovere, urbem firmaverunt custodiis; subornarunt quoque insidias Marsilio, qua volebat exire ad hostes. accedentem igitur ceperunt una cum centum civibus, quos una cum uxoribus necarunt, trucidato etiam Marsilio. haec cum sub idem bellum acciderent Venetis, effectum est ut duci Carminiolae imperium prorogaretur. at postmodum cum Carminiola, et in ipso opere esset deprehensus insidias urbi struens, interfectus est. dicitur autem, cum duceretur ad supplicium, in eum locum ubi capite truncandus erat, velato et ob-

παρόντας αὐτῷ τελευτῶντι. μετὰ μὲν οὖν τὴν τελευτὴν τούτου μετεπέμποντο Φραγκίσκον τὸν Σφορτίαν ἐπίκλην, καὶ στρατηγὸν ἀποδειξάμενοι ἐνεχείρισαν αὐτῷ τὰ πράγματα ἐς τὸν πόλεμον. τούτῳ μὲν συνήνεγκε χρηματισαμένῳ ἀπὸ Οὐενετῶν αὐτῷ ὕστερον οὐ πολλῷ χρόνῳ ἐς τὴν Μεδιολάνου
D ἡγεμονίαν ἐλθεῖν· χρηματίζων δὲ αὐτοῖς ἐς τὰς στρατηγίας καὶ μέγα εὐδοκιμῶν ἄχρι Λοδίης πόλεως τῆς ἐγγυτάτω Μεδιολάνου ἀφίκετο, καταστρεφόμενος τήν τε Πέργαμον καλουμένην χώραν καὶ ἄλλα ἄττα τῆς Λιγυρίας πολίσματα, τὰ ἐπέκεινα τοῦ Ἄδα ποταμοῦ. μετὰ δὲ ταῦτα σπονδῶν γενομένων ἀμφοῖν, τοῖς τε Οὐενετοῖς καὶ τῷ Μεδιολάνου ἡγεμόνι, ἠγάγετο θυγατέρα νόθον τοῦ ἡγεμόνος ἐς γυναῖκα αὐτῷ, καὶ ἐκ μέσου ἀμφοῖν γενόμενος διετέλει ἡσυχίαν ἄγων πρός τε τὸν Νικόλεων πολεμῶν.

Οὗτος μὲν οὖν, ὡς αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο καὶ εἰρήνη ἦν, ἀφίκετο ἐπὶ τὴν Παρθενόπην παρὰ τὸν Ταρρακωνησίων βασιλέα, ὡς συστησόμενός τε ἑαυτὸν τῷ βασιλεῖ καὶ ὑπουργήσων αὐτῷ, εἴ του δέοιτο ἐς τὸν πρὸς τοὺς Τυρρηνοὺς πόλε-
P.158 μον. ὡς μέντοι αὐτῷ οὐδὲν εὕρατο ἐπιτήδειον, ἐπανῄει παρὰ τὸν Μεδιολάνου ἡγεμόνα. καὶ ὃς οὐ πολὺς χρόνος μετὰ ταῦτα ἐτελεύτησεν, ἀνὴρ τὰ ἐς στρατηγίαν κράτιστος γενόμενος, ἄγειν τε στρατὸν καὶ διαμάχεσθαι. διαβήτην δὲ ἔχων

2. Φράγγισκον P

structo ore incessisse, ne posset compellare et obtestari eos qui ad spectandum supplicium convenerant. post huius viri obitum vocaverunt Franciscum Sphortiam cognomine, quem ducem pronuntiantes ei commiserunt bellum quod gereret cum Liguriae principe. tandem eo res venit, cum impigre adiuvaretur ab Venetis, ut non multo tempore interiecto dux Mediolani eligeretur. cum autem Venetorum esset imperator, plurimumque ob eam rem commendaretur, Lodiam usque, quae Mediolano proxima est, accessit, Pergami regionem et alia quaedam oppidula Liguriae ultra Adam flumen subigens. deinde cum bellum inter Venetos et Ligures esset compositum paceque sopitum, filiam ducis illegitimam uxorem duxit; et cum quasi medius esset inter utrosque, cessavit Nicolaum bello persequi.

Is, cum pax convenisset, venit Parthenopen sive Neapolim ad Tarraconnensium regem, volens eum adiuvare, si opera sua indigeret, in bello quod parabat inferre Tyrrhenis. cum autem nihil isthic invenisset suis rebus accommodum, ad Mediolani ducem reversus est. nec multo post expiravit Nicolaus, cum fuisset belli dux optimus, ducendi exercitus pugnandique peritissimus. cum autem longo tempore renum dolore fuisset excruciatus, tandem mortuus est, relin-

νόσον ἐπὶ πολλὰ ἔτη ἐτελεύτησε, καταλιπὼν ἑαυτοῦ μνείαν
τῆς Ἰταλίας ἁπανταχῇ, τὸ γένος γενόμενος Περούσιος. Φραγ-
κίσκος μὲν οὖν, ὡς οὐ πολλῷ ὕστερον ὁ Μεδιολάνου ἡγεμὼν
ἐτελεύτησε νόσῳ τὸν βίον καταλιπών, κατέστη δὴ ἐς διαφο-
ρὰν αὐτίκα τοῖς Οὐενετοῖς, ὡρμημένος ἐπὶ τὴν τυραννίδα
Μεδιολάνου. οἱ γάρ τοι Οὐενετοί, ὡς ἐτελεύτησεν ὁ Φίλιπ- V. 124
πος, τοῖς τε Μεδιολάνου συνετίθεντο, ἐπὶ ἀριστοκρατίαν πα-
ρακαλοῦντες τὴν πόλιν, καὶ τιμωροῦντες αὐτῇ ἐς τὴν τῆς πο- B
λιτείας κατάστασιν. καί πῃ καὶ ἐπὶ χρόνον τινὰ διῳκεῖτο ἡ
πόλις, αἱρουμένη ἀρχὰς τὰς τῶν ἀρίστων σφίσιν ἐνόντων τῇ
πόλει. καὶ ἐστενομάχει αὐτὴ ὡς ἐπὶ τὴν ἰσονομίαν τετραμ-
μένη, στρατόν τε ἐπιπέμπουσα. ἡ μὲν οὖν πόλις ἐστὶν ᾗ
ἐχώλευεν ἐπὶ τυραννίδα διώκουσα, καὶ ἐπεκαλοῦντο σφίσιν
ἡγεμόνα τὸν Φραγκίσκον· οἱ δὲ ἄλλοι ἐναντιοῦντο αὐτοῖς.
οὗτος μὲν οὖν στρατὸν συναγείρας ἧγε σπουδῇ ἐπὶ τοὺς Οὐε-
νετούς, ᾗ ἐπυνθάνετο αὐτοὺς στρατοπεδευομένους. ἐπιὼν δὲ
σὺν τῷ στρατῷ ἀγχοῦ τῆς πόλεως ὡσεὶ σταδίους ἑκατὸν ἐπο-
λιόρκει τὴν πόλιν, πραγμάτων τε τὰ πρὸς τὴν τυραννίδα ἐπι-
λαβόμενος τοὺς ἐπιτηδείους αὐτῷ συγκατεργάζεσθαι, καὶ οὐκ C
ἐπιτρέπων τῶν ἐπιτηδείων ὁτιοῦν εἰσιέναι εἰς τὴν πόλιν,
ὥστε πιεζομένους ἐς ὁμολογίαν αὐτῷ καταστῆναι. ἐλάσαι
μὲν οὖν εὐθὺ τῆς πόλεως οὐκ ἐποιεῖτο βουλήν, δεδοικὼς τὸν
δῆμον τῆς πόλεως, μέγιστον δὴ ὄντα τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν

15. συνεγείρας P σπουδὴν P

quens sui per universam Italiam memoriam honestissimam: fuit enim genere Perusinus. Franciscus non multo post, cum defunctus esset Mediolani dux, cum Venetis inimicitias suscepit, animum in Mediolani tyrannidem intendens. nam Veneti Philippo mortuo adiungebantur Mediolanensibus, hortantes et adiuvantes eos ut aristocratiam reciperent. equidem urbs illa aliquandiu aristocratiam sectabatur, magistratus creans ex optimatibus urbis. verum cum ad aequalitatem respiceret, admodum tenuiter res gerebat, si quando exercitus aliquo misisset. quapropter ad tyrannidem civitas inclinavit. vocant igitur cives ducem Franciscum. quidam reluctabantur. Franciscus igitur conscripto exercitu quam celerrime profectus est contra Venetos, in eum locum in quo castra sua ponere iam antea animis destinarunt. accedens igitur castra ponit stadiis ab urbe centum, eamque obsidet. cum itaque inhiaret tyrannidi, ut eam sibi pararet, viros elegit idoneos. etiam necessariis suis permittebat ingredi in urbem, ut oppidanos obsidione pressos ad pacem et ad foedera incitarent. nolebat tamen quam proxime ad urbem copias ducere, timens urbis populum, qui maximus est omnium Italiae urbium: etiam numero suum exerci-

καὶ πολλαπλάσιον τοῦ ἑαυτοῦ στρατοῦ, πρὸς δὲ καὶ ἄριστον τὰ πολεμικά, τοῦ στρατοῦ ἀξιόχρεων, καὶ τοῦ ἀπὸ Οὐενετῶν στρατοῦ προσδοκίμου αὐτοῖς παρέσεσθαι ἐπὶ τὸν πόλεμον τόνδε. οὗτος μὲν οὖν αὐτοῦ, πράσσων τὰ πρὸς τὴν πόλιν, τὴν μονὴν ἐποιεῖτο. ὡς δὲ ἐπιβοηθοῦντα στρατὸν τὸν ἀπὸ Οὐενετῶν ἐπυνθάνετο παρεῖναι ἤδη ἀγχοῦ, προεξανιστάμενος ὑπήντα ὡς εἶχε τάχους, μακρὰν ἀπὸ τῆς πόλεως ἐς πεντακοσίους D μάλιστά πῃ σταδίους, καὶ ἐστρατοπεδεύετο. ἐνταῦθα ἀντεστρατοπεδεύετο καὶ ὁ Οὐενετῶν στρατηγὸς (Κουδουνίδας δ' ἦν ὄνομα αὐτῷ), καὶ περιταφρευσάμενος ἀνέμενε καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Μεδιολάνου στράτευμα ἐπιβοηθῆσον αὐτῷ, καὶ τότε τὴν συμβολὴν ποιήσασθαι. ἔνθα δὴ ὁ Φραγκίσκος, διὰ τῶν κατασκόπων ὡς ἐπύθετο ἀπὸ τῆς πόλεως ἐξελαύνειν τὸν στρατὸν ἐπιβοηθήσοντα τοῖς Οὐενετοῖς, νυκτὸς πυρὰ πολλὰ ἀψάμενος ἐν τῷ στρατοπέδῳ ὥστε μηδὲν τοιοῦτον ὑπολογίζεσθαι τοὺς πολεμίους, καὶ ἐξοπλισάμενος νυκτὸς ἐλαύνει ὅτι τάχιστα σπουδῇ ἐπὶ τὸν Μεδιολάνου στρατόν. καὶ ἐνταῦθα μάχην ποιησάμενος, καὶ διαφθείρας τὸ πλέον στρατοῦ, καὶ περιγεP. 159 νόμενος αὐτοῦ ὥστε μηδ' ὁτιοῦν ὑπολειφθῆναι ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου, αὐτίκα ἀπελαύνει ὀπίσω ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. καὶ ξυμβαλὼν τῷ Οὐενετῶν στρατηγῷ, οὐ πολλῷ ὕστερον μάχην τε ἐμαχέσαντο ἰσχυράν, καὶ ἐς φυγὴν τρεψάμενος εἷλέ τε ἱππέας ἀμφὶ τοὺς ἑξακισχιλίους καὶ νίκην ἀνείλετο περιφανῆ. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἐπελαύνων ἐπὶ τὴν πόλιν, ᾗ καὶ τὸ

12. συμβουλὴν P

tum superabat. potuisset exercitum validissimum sternere. expectabatur quoque Venetorum exercitus, qui urbi auxilio veniret. verum Franciscus in iis castris quae ab initio communierat mansit, sedulo agens, ne inde posset depelli. ubi allatum est exercitum Venetorum appropinquare, ut urbi suppetias ferret, prior exoriens occurrit Venetis quam celerrime, et castra locavit stadiis ab Mediolano quinquaginta. ex adverso castrametatus erat Venetorum dux nomine Cudunidas, qui castra admodum diligenter emuniebat, volens expectare ibi exercitum Mediolanensem, ut coniunctis copiis praelium inirent. Franciscus ut ex speculatoribus cognovit Mediolanenses urbe egressos pergere ad Venetos, nocte ignes plurimos in castris faciebat, ut nihil eorum quae instituebat hostis suspicaretur; armansque suos citato agmine contendit obviam Mediolanensibus. quos aggressus praelio graviter afflixit, interfectis plurimis, ut pauci ex Mediolanensium exercitu superessent. victoria igitur illustri potitus in castra reversus est. nec mora, manus conserit cum Venetis, quos praelio atroci commisso in fugam egit, captis sexies mille equitibus, victoriamque

πρότερον διέτριβε, καὶ πράττων διεπράξατο. καὶ εἰσῄει οὐ πολλῷ ὕστερον, εἰρήνην τε ἐποιήσατο, Ναζηραίου τινὸς ἐς τοῦτο παρακινήσαντος. καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ ἔπεμψεν ἐς τοὺς Οὐενετούς, καὶ εὔνοιαν ἐνδεικνύμενος διετέλει.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον οὐ πολλῷ ἐγένετο· τότε δὲ B
ὡς Ἕλληνες ἐπ' οἴκου ἐγένοντο, Εὐγένειος ὁ ἀρχιερεὺς οὐδὲν λόγου ἄξιον ἔπεμπε παρὰ τοὺς Ἕλληνας τὸ ἐς ἐπικουρίαν φέρον. αὐτίκα οἱ Ἕλληνες ἐτράποντο, καὶ μετέμελεν αὐτοῖς καταλυσαμένοις πρὸς τὸν ἀρχιερέα. οὐκ ἔπεμπε δὲ δι' αἰτίαν τήνδε. πόλεμός τε γὰρ συνῆπτο αὐτῷ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐπὶ τοὺς Τυρρηνοὺς ἐπὶ χώρας διαφορᾷ, καὶ στρατόν τε ἔχων καὶ δαπάνην καὶ στρατηγὸν ἐπ' αὐτῷ προσήκοντα ἐς γένος, ἄνδρα ἐλλόγιμον πατριάρχην, πολεμῶν ὁτὲ μὲν τοῖς Τυρρηνοῖς ὁτὲ δὲ καὶ τῷ Οὐρβίνῳ τῷ μετὰ ταῦτα ἡγεμόνι οὐκ ἐπαύετο· V. 125
ἐδόκει τε γὰρ ἡ Τυρρηνῶν μητρόπολις τότε φρονεῖν τὰ τοῦ C
Λιγύρων ἡγεμόνος Φιλίππου καὶ συμμαχεῖν ἐκείνῳ κατὰ τὸ ἰσχυρόν. δι' ἃ δὴ καὶ πρὸς τὸν ἀρχιερέα Οὐενετὸν ὄντα, τοῦ οἴκου Κονδουλμαρίων, ὅν τινα δὴ οἶκον ἀξιοῦντος τοῦ ἀρχιερέως τῆς συγκλήτου ἐποιήσαντο ἀπὸ τοῦδε, καὶ ἔξεστι μετασχεῖν αὐτοῖς. καὶ διαπολεμούντων γὰρ ἀλλήλους τῶν τε Οὐενετῶν καὶ τοῦ Μεδιολάνου ἡγεμόνος Φιλίππου, ξύμπασά τε ἡ Ἰταλία διέστη πρὸς ἑκατέρους.

consecutus est insignem. tandem rediit in castra, quae non multum ab urbe locaverat. nec multo post ingressus urbem pacem pangit, quam suadebat quidam Nazaraeus sive monachus. deinde filium suum mittens ad Venetos is deinceps placidum se exhibuit.

At haec haud multo post contigere. cum Graeci domos suas essent reversi, pontifex Eugenius nihil auxilii satis digni, quemadmodum promiserat, Graecis misit. proinde a pontifice avertebantur, eosque poenitebat concordiae quam cum pontifice fecissent. verum pontifex nihil auxilii Graecis tali de causa misit. nam erat ei bellum in Italia contra Tyrrhenos propter regionis dissensionem. habens autem exercitum et sumptus ad id bellum, necnon genere sibi propinquum ducem, qui patriarchae partes agebat, virum prudentem, non cessabat rem gerere nunc quidem cum Tyrrhenis, nunc vero cum Urbini duce. ea enim tempestate Tyrrhenorum metropolis videbatur stare a partibus Philippi Ligurum principis, pro quo fortiter pugnabant. quapropter resistebant etiam pontifici, qui Venetus erat, exortus ex familia Condelmariorum, quam petente pontifice senatoria dignitate honorarunt, videlicet ut ea familia quoque in senatum allegeretur. cum autem bellum inter Venetos Mediolanique ducem Philippum arderet, quaedam Italiae pars huic, quaedam Venetis adhaesit.

Εἰσὶ δὲ τυραννίδες ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν αἵδε, ἡ τῆς Φερραρίας, οἴκου τῶν Ἐστεναίων, καὶ οἱ τοῦ Ἀριμίνου, καὶ οἱ τῆς Μάρκης Μαλατεσταῖοι, καὶ Οὐρβίνου τύραννος καὶ Μαντούης καὶ Μεδιολάνου καὶ Ῥώμης καὶ Νεαπόλεως καὶ Ἰαπυ- D γίας. τούτων οἱ τῆς Φερραρίας ὡς ἔχουσιν ἡγεμόνες, καὶ Μεδιολάνου καὶ Ἰαπυγίας καὶ Μαντούης, ἐλέχθη, ὡς ἱκανῶς γοῦν ἔχειν ἐς μνείαν αὐτῶν τὸν λόγον ποιουμένους. περὶ δὲ τῶν Οὐρβίνου τυράννων τοσάδε ἐπίσταμαι. δοκοῦσι δὲ οἱ Μαλατεσταῖοι γένος τε εἶναι παλαιότατον, καὶ ἐς τὴν Μάρκης ἀρχὴν ἐπὶ πολλὰ ἔτη διαγενέσθαι, ἡγεμονεύοντες τοῦ τε Ἀριμίνου καὶ ἄλλων ταύτῃ πόλεων ἐπιφανῶν· ὅθεν δὴ καὶ ὡρμημένους καὶ ἐς στρατηγίας καταστῆναι τῶν ἀμφὶ τὴν Ἰταλίαν πρυτανευόντων. γενέσθαι δὲ Οὐενετοῖς στρατηγοὺς ἐντεῦθεν καὶ Τυρρηνοῖς, καὶ ἐπὶ τὴν τῆς Μαντούης ἀρχὴν παρεληλυθέναι.

P. 160 *Περὶ δὲ τοῦ Ῥώμης ἀρχιερέως ἔρχομαι ἐρῶν, ὡς ἐπειδὰν τελευτήσῃ ὁ ἀρχιερεύς, συλλέγονται οἱ καρδινάλιοι ἐς οἶκόν τινα, καὶ τάς τε ψήφους διαφερόμενοι τίθενταί τε καὶ αἱροῦνται ὃν ἂν οἵ τε τῆς Κολονίου καὶ Οὐρσινίου καρδινάλιοι, καὶ ἐκλέγονται σφίσιν ἐς αἵρεσιν τοὺς ἐπιτηδείους. εἰσὶ δὲ αὗται αἱ οἰκίαι μέγισται δὴ τῶν ἐν Ῥώμῃ καὶ μέγιστον δυνάμεναι, καὶ ἐπὶ τούτους ὅτὲ μὲν τούτους ὅτὲ δὲ ἐκείνους ταλαντεύεσθαι. συμφέρονται δὲ ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἐπήλυδας*

19 *κολώνου* T

Illi autem principatus sive tyrannides per Italiam dispersae sunt. tyrannis Ferrariae, quae est de familia Esteusium. Arimino Marchiaeque praesunt Malatestae. huc adde tyrannos Urbini, Mantuae, Mediolani, Romae, Neapolis et Iapygiae. ut autem Ferrariae Mediolani et Iapygiae principes se gerant, necnon de Mantua, dictum est satis, quantum facit ad praesentem historiam. de Urbini tyrannis haec scio. tyranni sive principes Urbini ex antiquissimo genere descendere videntur et Malatestae dicuntur. multis annis Marchiae imperarunt regentes Ariminum et alias isthic urbes insignes. hinc progressi duces eorum facti sunt qui in Italia rem iudiciariam tractabant. etiam Veneti hos sibi duces constituerunt. postea Tyrrheni eos quoque sibi duces petierunt, et inde ad Mantuae ducatum emersere.

Nunc revertar unde digressus sum, ut scribam de Romano pontifice. ubi primum pontifex aliquis mortuus fuerit, in domum quandam congregantur cardinales, ac calculos ferentes eligunt de familia Coloniorum et Ursinorum, quos huic muneri idoneos putarint. sunt autem hae familiae longe reliquarum familiarum Romae et maximae

μηδὲ ἑτερώσε ἀποκλίνοντας ποιοῦνται ἀρχιερεῖς. ἐπειδὰν δὲ τὰς ψήφους ἐπιλέγωνται καὶ ἀποδειχθῇ, ἀρχιερέα ἀναγορεύουσί τε αὐτόν, οἴκοι κατέχοντες ἐς ὃ ἂν καὶ τοῖς λοιποῖς συνδόξῃ ἡ αἵρεσις. καθίζουσι δὲ ἐπὶ σκίμποδος ὀπὴν ἔχοντος, ὥστε καὶ τῶν ὄρχεων αὐτοῦ ἐπικρεμαμένων ἅπτεσθαί B τινα τῶν προσαχθέντων, ὥστε καταφανῆ εἶναι ἄνδρα εἶναι τοῦτον. δοκοῦσι γὰρ τὸ παλαιὸν γυναῖκα ἐπὶ τὴν Ῥώμης ἀρχιερατείαν ἀφικέσθαι· οὐ γὰρ ἐπίδηλος ἦν, ὅτι καὶ οἱ ἄρρενες σχεδόν τι τῆς Ἰταλίας καὶ ξυμπάσης τε τῆς πρὸς ἑσπέραν χώρας ἐπιεικῶς ξυρῶνται τὸ γένειον· ἔγκυον δὲ γενομένην, ὡς εἰς τὴν θυσίαν ἀφίκετο, γεννῆσαί τε τὸ παιδίον κατὰ τὴν θυσίαν καὶ ὀφθῆναι ὑπὸ τοῦ λαοῦ. δι' ἃ δὴ ὥστε ἐπιγνῶναι καὶ μὴ πάνυ τι ἐνδοιάζειν, ἅπτονται, καὶ ἁψάμενος ἐπιφωνεῖ "ἄρρην ἡμῖν ἐστὶν ὁ δεσπότης." τὰ μέντοι ὀνόματα μεταβάλλουσιν, οἷα θειότεροι σφῶν αὐτῶν γινόμενοι καὶ ἐς πᾶν μεταβολῆς ἀφικόμενοι. αἱροῦνται δὲ καὶ C ὀνομασίας τὰς ψήφους, ἐντιθέμενοι τὰ τῶν ἀρχιερέων ὀνόματα. σέβονται δὲ μέγα αὐτὸν οἵ τε τῆς Ἰταλίας ἡγεμόνες καὶ οἱ πρὸς τὴν λοιπὴν ἑσπέραν. καρδινάλιοι δέ εἰσιν ἀμφὶ τοὺς πεντήκοντα. οἱ γάρ τοι Ἰταλίας ἡγεμόνες σχεδόν τι ἐς τὰ δύο ἐπιδιελόμενοι τὰς ἀρχάς, ἐπειδὰν παῖδε δύο γένων-

1. ἀποκλίνοντες P 3. οἴκῃ P. 23. τῷ μὲν τῷ P τῷδε αὖ P

et potentissimae. nunc quidem favor ad hos, nunc ad illos inclinat. plerumque autem cum sententiae haud congruunt, peregrinos neutro propendentes favore pontifices designant. ubi autem suffragia collegerunt et pontifex fuerit declaratus, domi eum continent, explorantes num et reliquis placeat electio. pontificem pronuntiatum insidere iubent sedili foramen habenti, ut testes ex eo propendentes aliquis cui hoc muneris iniunctum est, tangat, qui appareat pontificem virum esse. nam constat mulierem quondam in pontificatum esse subvectam, quia sexus ignorabatur: nam Italiae Occidentales pene omnes barbas radunt. cum autem illa mulier gravida esset facta, et ad festum sive sacrificium prodiisset, peperit infantem inter sacrificium, in conspectu universi populi. quapropter ne decipiantur iterum, sed rem cognoscant neque ambigant, pontificis creati virilia tangunt. et is qui tangit, acclamat "mas nobis dominus est." nomina autem post electionem illico commutant, quasi iam divinioris quam antea sint naturae et planissime mutati. calculi autem, quos ponunt, nomina pontificum inscripta tenent. pontificem plurimum honorant Italiae principes et reliqui Occidentales populi. cardinales sunt numero circiter quinquaginta. nam Italiae principes plerumque dividentes principatus suos in partes duas, si habuerint filios,

ται, τὸ μὲν τῷ παιδὶ εἰς τὴν ἡγεμονίαν ἐκδιδόασι, τὸ δὲ αὖ ἑτέρῳ παιδί, ὥστε μὴ διαφορὰν αὐτοῖς ἐγγίνεσθαι, ἐς ἱερωσύνην καταλείπεσθαι. καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε μεγάλην ἔχειν αὐτοῖς τὴν ἀξίαν τῆς Ῥώμης ἀρχιερέα, τά τε ἄλλα καὶ ἐπιτηδείως ἔχειν αὐτῷ σύμπαντας.

V. 126 Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως· Ἰωακεὶμ δέ τις ἐλλόγι-
D μος τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν σοφῶν γενομένων, καὶ ἐπὶ μαντικὴν ἀφικόμενος, τούς τε ἐσομένους ἀρχιερεῖς προεσήμαινε, τρόπῳ ᾧ ἂν ἕκαστος τούτων παριὼν ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν βιώσοιτο . . . . δὲ γίγνεσθαι, ἐπειδὰν ἐς τὰ ἔργα καταστῇ τὰ μαντεύματα αὐτῷ. καὶ λέγεται μὲν περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου καὶ ἕτερ' ἄττα θαύματος ἄξια. ἰδιώτην γὰρ ὄντα, καὶ οὐδ' ὁτιοῦν ἐπαΐοντα ἢ μικρὸν ἢ μέγα σοφίας, πυλωρὸν δὲ ὄντα κατά τινα μονὴν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ ὄντων Ναζηραίων, τυχεῖν ἐλθόντα ἐς κῆπον· τῷ δὲ πορευομένῳ ἐπιφανῆναι ἄνδρα αὐτῷ τὸ εἶδος κάλλιστον, καὶ ἐπιστάντα οἱ εἰπεῖν, κατέχοντα ἐν ταῖς χερσὶν
P. 161 ὑδρεῖον, "ὦ Ἰωακείμ, λάβε, πίε τοῦ οἴνου τούτου· κάλλιστος γάρ ἐστι." τὸν δὲ λαβόντα ἐπιπιεῖν τε τοῦ οἴνου ἱκανῶς καὶ ἐμφορηθῆναι. ὡς δὲ ἱκανῶς ἔχειν αὐτῷ εἴρηται πρὸς τὸν ἄνθρωπον, ἐπειπεῖν αὐτῷ τὸν ἄνδρα "ὦ Ἰωακείμ, εἰ τὸ πᾶν ἔπιες τοῦ οἴνου, τὸ πᾶν ᾔδεις ἀκριβῶς." ἐντεῦθεν τοῖς σοφωτάτοις καταστῆναι [τὰ] ἐς διάλεξιν, καὶ δαιμόνιόν τινα τὴν σοφίαν ἐπιφαίνεσθαι. ἐντεῦθεν δὲ ὡρμημένον ἐπὶ

partem unam filio uni alteram vero filio alteri attribuunt ad sacerdotium, ne discordiae et controversiae inter ipsos super hereditate exoriantur. hinc plurimum honoris consequuntur apud Romanum pontificem: etiam pontificem omnes carum habent plurimumque venerantur.

De pontificibus quidem Ioachim abbas, vir vaticinandi peritus, inter doctos Italiae connumeratus, praedixit multa, quomodo singuli ad pontificatum essent perventuri et in eo victuri. et quemadmodum vaticinatus est, ita accidit. etiam alia miraculo digna de hoc viro commemorantur. nam cum esset idiota nec vel modicum eruditionis haberet, ianitor in quodam Italiae monasterio Nazaraeorum sive monachorum fuit, et quondam in hortum egresso apparuit vir forma pulcherrimus, qui assistens ad Ioachim, manuque amphoram tenens inquit "Ioachim, cape, bibe vinum hoc: est enim optimum." qui dicto audiens bibit ad satietatem usque, amphoramque reddidit, inquiens se satis bibisse. cui vir respondit "o Ioachim, si totum hausisses vinum, nulla te scientia fugisset." deinde in colloquium et disputationem veniens cum viris ea tempestate doctissimis plane divinus, quantum ad scientiam attinet, apparuit. hinc factus abbas

τὴν τῆς ἀρχιερατείας ἡγεμονίαν, προσημᾶναι μεγάλ' ἄττα ἐσόμενα ὁτῳοῦν, ἀποσημειωσάμενος, ὥστε καταφανῆ γίνεσθαι, ἐπειδὰν ἐς ἔργον ἐκβῇ. οἷα μέντοι προεσήμαινεν, ἔξεστιν ἁπανταχῇ περιιόντων τῶν σημείων αὐτοῦ.

Περὶ δὲ τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν τυράννων, οὐ πάνυ τι μεγάλων ὄντων καὶ ὑπ' αὐτὸν ταττομένων τὸν Μεδιολάνου B ἡγεμόνα, ᾗ δὴ καὶ οἱ τῆς Σικελίας καὶ Καλαβρίας καὶ Ἰαπυγίας καὶ τῆς ἄλλης χώρας τῆς κατὰ τήνδε τὴν χώραν ὑπὸ τῷ Παρθενόπης βασιλεῖ τάττονται, οὐδὲν δέον ἐπιμνησθῆναι περὶ αὐτῶν, παρήσω. πολιτεῖαι δὲ ἐς τὴν Ἰταλίαν τελοῦσαι εἰσὶν ἥ τε Οὐενετῶν πόλις καὶ ἡ Βονωνία καὶ αἱ Τυρρηνικαὶ πόλεις (ὅσαι τε εἰσί, καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται) ἑπόμεναι τῇ Φλωρεντίᾳ καὶ κατὰ ταὐτὰ διοικούμεναι, καὶ ἡ τῶν Ἰανυΐων πόλις. αὗται μὲν οὖν σχεδὸν αἱ τῆς Ἰταλίας ἡγεμονίαι, ὁτὲ μὲν πρὸς τοὺς Οὐενετοὺς ὁτὲ δὲ καὶ πρὸς τὸν Μεδιολάνου τύραννον τὴν συμμαχίαν ποιούμεναι. ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον.

Ἕλληνες μὲν ὡς ἐπ' οἴκου ἐκομίζοντο, τῷ τε βασιλεῖ Ἀμου- C ράτῃ πρέσβεις πέμποντες ἠξίουν τε αὐτῷ εἰρήνην ποιεῖσθαι καὶ ἐμπεδῶσαι αὐτῷ τὰς σπονδάς. ξυνέβη δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον τὸν μέντοι Κωνσταντῖνον τοῦ βασιλέως ἀδελφὸν ἐπὶ Πελοπόννησον ἀφικόμενον παρακαλεῖν τὸν ἀδελφὸν ἐπὶ τὴν τῆς βασιλείας διαδοχήν, καὶ ἀπεσπασμένου ὡρμῆσθαι μὲν αὐτὸν ἐπὶ Βυ-

etiam de pontificatus dignitate magna quaedam vaticinatus est futura; quae omnia tandem eventus confirmavit: nam quaecunque praedixit, evenisse constant, licet ubique miracula eius per Italiam obvia sint.

De Italiae principibus non admodum magnis et pontifici subiectis, simul cum Mediolani duce, necnon de regionis principibus, qui subditi sunt Parthenopes regi, disserere, quoniam non est operae pretium, omittam. politiae autem quae ad Italiam spectant, sunt Venetorum urbs, Bononia, et omnes Tarraconenses urbes, quae Florentiam sequuntur, et eandem cum ipsa rei publicae formam tenent. huc adde et Iannensium urbem. sed de his supra commemoravimus. hi sunt totius Italiae, quos habet, principatus, interdum Venetis interdum vero Mediolani principi auxilium ferentes. revertor nunc eo, unde digressus sum.

Graeci in patriam suam reversi, mittentes legatos ad regem Amuratem, orabant pacem, volentes cum ipso foedus pangere. nec multo post Constantinus proficiscitur in Peloponnesum, fratremque ad regni successionem hortatur; atque inde navigare instituit Byzantium.

ται, τὸ μὲν τῷ παιδὶ εἰς τὴν ἡγεμονίαν ἐκδιδόασι, τὸ δὲ αὖ ἑτέρῳ παιδί, ὥστε μὴ διαφορὰν αὐτοῖς ἐγγίνεσθαι, ἐς ἱερωσύνην καταλείπεσθαι. καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε μεγάλην ἔχειν αὐτοῖς τὴν ἀξίαν τῆς Ῥώμης ἀρχιερέα, τά τε ἄλλα καὶ ἐπιτηδείως ἔχειν αὐτῷ σύμπαντας.

V. 126 Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως· Ἰωακεὶμ δέ τις ἐλλόγι- D μος τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν σοφῶν γενομένων, καὶ ἐπὶ μαντικὴν ἀφικόμενος, τούς τε ἐσομένους ἀρχιερεῖς προεσήμαινε, τρόπῳ ᾧ ἂν ἕκαστος τούτων παριὼν ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν βιώσοιτο . . . . δὲ γίγνεσθαι, ἐπειδὰν ἐς τὰ ἔργα καταστῇ τὰ μαντεύματα αὐτῷ. καὶ λέγεται μὲν περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου καὶ ἕτερ' ἄττα θαύματος ἄξια. ἰδιώτην γὰρ ὄντα, καὶ οὐδ' ὁτιοῦν ἐπαΐοντα ἢ μικρὸν ἢ μέγα σοφίας, πυλωρὸν δὲ ὄντα κατά τινα μονὴν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ ὄντων Ναζηραίων, τυχεῖν ἐλθόντα ἐς κῆπον· τῷ δὲ πορευομένῳ ἐπιφανῆναι ἄνδρα αὐτῷ τὸ εἶδος κάλλιστον, καὶ ἐπιστάντα οἱ εἰπεῖν, κατέχοντα ἐν ταῖς χερσὶν P. 161 ὑδρεῖον, "ὦ Ἰωακείμ, λάβε, πίε τοῦ οἴνου τούτου· κάλλιστος γάρ ἐστι." τὸν δὲ λαβόντα ἐπιπιεῖν τε τοῦ οἴνου ἱκανῶς καὶ ἐμφορηθῆναι. ὡς δὲ ἱκανῶς ἔχειν αὐτῷ εἴρηται πρὸς τὸν ἄνθρωπον, ἐπειπεῖν αὐτῷ τὸν ἄνδρα "ὦ Ἰωακείμ, εἰ τὸ πᾶν ἔπιες τοῦ οἴνου, τὸ πᾶν ᾔδεις ἀκριβῶς." ἐντεῦθεν τοῖς σοφωτάτοις καταστῆναι [τὰ] ἐς διάλεξιν, καὶ δαιμόνιόν τινα τὴν σοφίαν ἐπιφαίνεσθαι. ἐντεῦθεν δὲ ὡρμημένον ἐπὶ

partem unam filio uni alteram vero filio alteri attribuunt ad sacerdotium, ne discordiae et controversiae inter ipsos super hereditate exoriantur. hinc plurimum honoris consequuntur apud Romanum pontificem: etiam pontificem omnes carum habent plurimumque venerantur.

De pontificibus quidem Ioachim abbas, vir vaticinandi peritus, inter doctos Italiae connumeratus, praedixit multa, quomodo singuli ad pontificatum essent perventuri et in eo victuri. et quemadmodum vaticinatus est, ita accidit. etiam alia miraculo digna de hoc viro commemorantur. nam cum esset idiota nec vel modicum eruditionis haberet, ianitor in quodam Italiae monasterio Nazaraeorum sive monachorum fuit, et quondam in hortum egresso apparuit vir forma pulcherrimus, qui assistens ad Ioachim, manuque amphoram tenens inquit "Ioachim, cape, bibe vinum hoc: est enim optimum." qui dicto audiens bibit ad satietatem usque, amphoramque reddidit, inquiens se satis bibisse. cui vir respondit "o Ioachim, si totum hausisses vinum, nulla te scientia fugisset." deinde in colloquium et disputationem veniens cum viris ea tempestate doctissimis plane divinus, quantum ad scientiam attinet, apparuit. hinc factus abbas

τὴν τῆς ἀρχιερατείας ἡγεμονίαν, προσημᾶναι μεγάλ' ἄττα ἐσόμενα ὁτῳοῦν, ἀποσημειωσάμενος, ὥστε καταφανῆ γίνεσθαι, ἐπειδὰν ἐς ἔργον ἐκβῇ. οἷα μέντοι προεσήμαινεν, ἔξεστιν ἁπανταχῇ περιιόντων τῶν σημείων αὐτοῦ.

Περὶ δὲ τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν τυράννων, οὐ πάνυ τι μεγάλων ὄντων καὶ ὑπ' αὐτὸν ταττομένων τὸν Μεδιολάνου B ἡγεμόνα, ἢ δὴ καὶ οἱ τῆς Σικελίας καὶ Καλαβρίας καὶ Ἰαπυγίας καὶ τῆς ἄλλης χώρας τῆς κατὰ τήνδε τὴν χώραν ὑπὸ τῷ Παρθενόπης βασιλεῖ τάττονται, οὐδὲν δέον ἐπιμνησθῆναι περὶ αὐτῶν, παρήσω. πολιτεῖαι δὲ ἐς τὴν Ἰταλίαν τελοῦσαι εἰσὶν ἥ τε Οὐενετῶν πόλις καὶ ἡ Βονωνία καὶ αἱ Τυρρηνικαὶ πόλεις (ὅσαι τε εἰσί, καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται) ἑπόμεναι τῇ Φλωρεντίᾳ καὶ κατὰ ταὐτὰ διοικούμεναι, καὶ ἡ τῶν Ἰανυΐων πόλις. αὗται μὲν οὖν σχεδὸν αἱ τῆς Ἰταλίας ἡγεμονίαι, ὁτὲ μὲν πρὸς τοὺς Οὐενετοὺς ὁτὲ δὲ καὶ πρὸς τὸν Μεδιολάνου τύραννον τὴν συμμαχίαν ποιούμεναι. ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον.

Ἕλληνες μὲν ὡς ἐπ' οἴκου ἐκομίζοντο, τῷ τε βασιλεῖ Ἀμου- C ράτῃ πρέσβεις πέμποντες ἠξίουν τε αὐτῷ εἰρήνην ποιεῖσθαι καὶ ἐμπεδῶσαι αὐτῷ τὰς σπονδάς. ξυνέβη δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον τὸν μέντοι Κωνσταντῖνον τοῦ βασιλέως ἀδελφὸν ἐπὶ Πελοπόννησον ἀφικόμενον παρακαλεῖν τὸν ἀδελφὸν ἐπὶ τὴν τῆς βασιλείας διαδοχήν, καὶ ἀπεσπασμένου ὁρμῆσθαι μὲν αὐτὸν ἐπὶ Βυ-

etiam de pontificatus dignitate magna quaedam vaticinatus est futura; quae omnia tandem eventus confirmavit: nam quaecunque praedixit, evenisse constant, licet ubique miracula eius per Italiam obvia sint.

De Italiae principibus non admodum magnis et pontifici subiectis, simul cum Mediolani duce, necnon de regionis principibus, qui subditi sunt Parthenopes regi, disserere, quoniam non est operae pretium, omittam. politiae autem quae ad Italiam spectant, sunt Venetorum urbs, Bononia, et omnes Tarraconenses urbes, quae Florentiam sequuntur, et eandem cum ipsa rei publicae formam tenent. huc adde et Ianuensium urbem. sed de his supra commemoravimus. hi sunt totius Italiae, quos habet, principatus, interdum Venetis interdum vero Mediolani principi auxilium ferentes. revertor nunc eo, unde digressus sum.

Graeci in patriam suam reversi, mittentes legatos ad regem Amuratem, orabant pacem, volentes cum ipso foedus pangere. nec multo post Constantinus proficiscitur in Peloponnesum, fratremque ad regni successionem hortatur; atque inde navigare instituit Byzantium.

ζάντιον πλέοντα, γενόμενον δὲ ἐν Λήμνῳ, ὡς ἔγημε τοῦ Λέσβου ἡγεμόνος θυγατέρα, ἐπιπλεῦσαί τε αὐτῷ τοῦ βασιλέως στόλον Μεχμέτεω, καὶ πολιορκῆσαι αὐτὸν ἐν Κοτζίνῳ τῆς Λήμνου πόλει σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτόν. τὸν δὲ Ἀχμάτον ἀποβάντα ἐς τὴν νῆσον καὶ ἐπιδραμόντα πολιορκεῖν τὸν βασιλέως ἀδελφὸν ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ καὶ εἴκοσι, καὶ καταβαλόντα τὸ τεῖ-
D χος τηλεβόλοις, οὐκ ἠδυνήθη βιάσασθαι ὥστε εἰσελθεῖν ἐς τὴν πόλιν. μετὰ δέ, ὡς οὐκ ἠδύνατο ἐξελεῖν, ἀπέπλει ἐπ' οἴκου. ὁ μέντοι Κωνσταντῖνος γενόμενος ἐπὶ Βυζάντιον, καὶ γνώμην ἀποδεικνυμένου τοῦ βασιλέως ὥστε ἀφικέσθαι αὐτῷ τὸν ἀδελφόν, αὖθις ἐπὶ Πελοπόννησον ἐλθεῖν τε αὐτόν, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Θεόδωρον οἴχεσθαι καταλιπόντα τε τὴν Πελοπόννησον καὶ ἀπιόντα ἐς Βυζάντιον. τούτοις μὲν ἐς τοσοῦτον ἐγένετο· ὁ δὲ νεώτερος τούτων ἀδελφὸς Δημήτριος ἐς διαφορὰν τῷ βασιλεῖ ἀφικόμενος ἀφελομένῳ αὐτοῦ τὰ πλείω [τῆς χώρας, ὡς οὐδὲν αὐτῷ τῶν δεόντων προσεχώρει
P. 162 πρὸς τοῦ ἀδελφοῦ, διαπρεσβευσάμενος πρὸς βασιλέα Ἀμου-
V. 127 ράτην καὶ ξυμπαραλαβὼν παρ' αὐτοῦ στράτευμα ἐπέλασέ τε καὶ ἐπολιόρκει Βυζάντιον. μετ' οὐ πολὺ δὲ τοῦ Ἀσάνεω θυγατρός, ἀνδρὸς μέγα δυναμένου ἐν Βυζαντίῳ καὶ δοκοῦντος συμπράξειν αὐτῷ τὰ πρὸς τὴν βασιλείαν, ὡς οὐδὲν ἤνυετο αὐτῷ, ἀπεχώρει. μετ' οὐ πολὺ δὲ διαπρεσβευσάμενος πρὸς

cum autem appulisset in Lemnum, Lesbi ducis filiam uxorem duxit. eo tempore Mechmetis classis advenit, Constantinumque Gotzini, quae Lemni urbs est, obsedit. Mechmetes autem exponens copias navales in terram, insulam magna populatione ingressus est, regisque fratrem obsidione viginti septem dierum pressit. sternens autem murum bombardis, non potuit suos impellere ut in urbem vellent irrumpere. cum ea urbe potiri non posset, classe abducta domum reversus est. Constantinus cum venisset Byzantium, et rex sententiam suam declararet, iussus est redire in Peloponnesum. ipsum autem et fratrem Theodorum oportebat relicta Peloponneso abire Byzantium. de his quidem hactenus. frater horum iunior, nomine Demetrius, inimicitias suscepit cum fratre imperatore Graecorum, a quo maxima regionis spoliabatur parte. cum multis ultro citroque actis nihil aequi impetrare posset, legatos odio fraterno impulsus ad Amuratem misit; a quo accepto exercitu profectus est Byzantium, urbemque obsidione circumdedit. nec multo post sibi conciliavit Asanem generum suum, cuius auctoritas et potentia Byzantii maxima erat. is Demetrium adiuvare videbatur, si quo modo regnum acquirere posset. tandem cum obsidendo nihil efficeret, exercitum dimisit. deinde haud multo tempore interiecto, cum legationem ire iussisset ad fratrem regem,

τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ βασιλέα ἧκέ τε ἐς Βυζάντιον, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον ἑάλω αὐτός τε καὶ ὁ τῆς γυναικὸς ἀδελφὸς ὑπὸ βασιλέως Ἑλλήνων Ἰωάννου. καὶ ἐν φυλακῇ χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων ὄντε τούτω, ὑποτιθεμένου τοῦ Ἀσάνεω ἀπέδρα τε B νυκτὸς ἐς τὴν καταντικρὺ πόλιν τὴν Γαλατίην, καὶ διαπρεσβευσάμενος ἔτυχέ τε εἰρήνης καὶ ἐς τὴν ἀρχὴν αὖθις τὴν ἐπὶ τοῦ Εὐξείνου πόντου ἀφίκετο, καὶ ὁ γυναικαδελφὸς αὐτοῦ ἀπελύθη ὑπὸ βασιλέως.

Ὁ μέντοι βασιλεὺς τάς τε σπονδὰς ἐμπεδώσας πρὸς Ἀμουράτη τὸν Μεχμέτεω, οὐδὲν μέντοι ἧττον ἔπρασσε πρὸς τὸν Εὐγένειον τὸν Ῥώμης ἀρχιερέα διαπρεσβευόμενος καὶ πρὸς τὸν βασιλέα Παιόνων Λαδισλάον, νεωστὶ ἐπὶ τὴν βασιλείαν καταστάντα. ἐνῆγε δὲ αὐτὸν ὅτι μάλιστα Γεώργιος Βοῦλκος, ἐστερημένος τῆς ἀρχῆς καὶ χρήματα μεγάλα ἐς τὴν ἐκστρα- C τείαν ταύτην ξυμβαλλόμενος. δοκεῖ μέντοι καὶ Ἰωάννης ὁ Χωνιάτης, τότε μέγα δυνάμενος καὶ δόξαν ἀποφερόμενος ἐς τὰς κατὰ Τούρκων στρατηγίας αὐτῷ, ἀναγνῶσαι εὖ μάλα βασιλέα Παιόνων ἐπὶ Ἀμουράτη τὸν Μεχμέτεω στρατεύεσθαι. ἐνταῦθα συλλέξας στρατὸν μέγιστον, συμπαραλαβὼν καὶ Δρακούλη τῶν Δακῶν ἡγεμόνα, Γεώργιον δ' αὖ τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμόνα τῆς ὁδοῦ γενόμενον. ἐπεὶ δὲ τὸν Ἴστρον διαβάντες ἐς τὴν τοῦ βασιλέως χώραν ἐγένοντο, ἐνταῦθα πᾶν

4. τούτων P   17. ἀναγνῶναι P

Byzantium venit; nec admodum multo post captus est a rege Ioanne, una cum uxoris suae fratre. cum autem separatus ab uxoris fratre in carcere asservaretur, suadente Asane noctu e carcere profugit Galatiam, urbem e regione Byzantii sitam. postea legatis missis pacem assecutus est, et rediit ad Euxini maris principatum. etiam uxoris frater vinculis ab rege exemptus est.

Rex foedere inito cum Amurate Mechmetis filio, haud cessabat consilia agere cum Eugenio Romano pontifice, mittens ad hunc legationem; necnon ad Pannonum regem Vladislaum, qui nuper admodum ad regni gubernacula accesserat. incitabat eum vel in primis ad ista consilia Georgius Bucus, qui regno sive principatu suo deturbatus magnam pecuniae vim in eam expeditionem conferebat. videtur enim Ioannes Choniätes sive Huniades ea tempestate plurimum potentia pollens et militari gloria excellens, quia feliciter adversus Turcos praeliari consueverat, instigasse Pannonum regem, ut arma contra Amuratem Mechmetis filium caperet. comparavit itaque quam potuit exercitum maximum; et in belli societatem adhibuit Draculem Dacorum principem, et Triballorum principem Georgium, qui itineris dux erat. postquam autem traiecto Istro in regis regionem ventum

ὅ τι ἂν ἐμποδὼν γένοιτο αὐτοῖς δουλούμενοι ἐπορεύοντο, καὶ τάς τε κώμας καὶ Σοφίαν πόλιν εὐδαίμονα ἐμπιπρῶντες D ἐδῄουν. Ἀμουράτης μέντοι ὡς ἐπυνθάνετο τοὺς Παίονας ἐπιέναι μεγάλῃ χειρί, σύμπαντας τοὺς τῆς Ἀσίας τε καὶ Εὐρώπης στρατοὺς συναγείρας ἐπῄει τε αὐτὸς ἅμα ὡς συμβολὴν ποιησόμενος. ἐπεί τε δὴ ἐς Βασιλίτζαν καλουμένην χώραν, κατέλαβεν αὐτοὺς τοὺς Παίονας στρατοπεδευομένους. καὶ Ἀμουράτης μὲν καὶ πρότερον στράτευμα ἐπιπέμψας ἐκέλευεν, ὥστε φυλάττειν τὸν Παιόνων στρατόν, ὅποι γένοιτο διασημῆναι αὐτῷ καὶ τό τε στενὸν τοῦ ὄρους τῆς βασιλικῆς δένδροις φραξαμένους διακωλύσειν πειρᾶσθαι. οἱ μὲν οὕτω P. 163 ἐποίουν, καὶ φραξάμενοι ἐπειρῶντο κωλύειν, καί πῃ καὶ ἐπειρῶντο οἱ Παίονες παριέναι εἴσω ἐπὶ τὴν Θρᾴκην. Ἀμουράτης δὲ ἐς τὸ ὄρος τὸ καθήμενον ἐπὶ τὰ στενὰ τῆς ὁδοῦ ἐστρατοπεδεύετο, ἐνταῦθα συλλέξας τοὺς ἀρίστους αὐτοῦ, καὶ μάλιστα τοὺς δοκοῦντας ἐν στρατηγίαις γενέσθαι περιφήμους. ἦσαν δ' οὗτοι Ἰεσέ τε ὁ τοῦ Βρενέζεω, Τουραχάνης ὁ Θετταλίας ὕπαρχος, Κουμουλίης, Χασίμης ὁ τῆς Εὐρώπης στρατηγὸς καὶ Ἰσαάκης ὁ τῶν Σκοπίων ὕπαρχος. ἀφικομένων δὲ αὐτῶν καὶ παρακαθημένων ἔλεγε τοιάδε. "ἄνδρες Μουσουλμάνοι, ὑμεῖς ὁρᾶτε οἷ ἀνάγκης ἀφίκετο τὰ πράγματα

21. οἷα P.

est, quocunque se vertissent, omnia in dicionem acceperunt. vicos incendebant; etiam Sophiae urbi ignem iniicientes, omnia foede diripiebant. Amurates ut accepit Pannones magna manu accedere populabundos, universos Asiae et Europae exercitus contrahens, obviam, ut qui ex acie esset dimicaturus, hosti procedebat. Amurates ut venit in regionem quae Basiliza vocatur, Pannones in ea castra posuisse deprehendit. praemisit quoque suorum manum haud exiguam, quos iussit observare Pannonum exercitum, et explorare ubi se teneat, et deinde explorata ad se referre. iisdem praecepit ut montis angustias, quae in regis regione sunt, praeoccuparent et arboribus caesis obstruerent, quo minus hostes eas superare possent. qui iussa facientes strenue hostem aditu prohibebant. et sane Pannones conabantur irrumpere per Thraciam. verum Amurates castra locaverat in montem qui pertingit usque ad praedictas angustias, et congregavit optimates suos, quorum gloria in re militari erat maxima, Thezeten Brenezis filium, Turachanem Thessaliae praefectum, Cumulien, Chasanem Europae ducem (qui et Bassa Europaeus et Romaniae Bassa) et Scopiorum principem Isaac. hos, cum exciti voce praeconis venissent et consedissent, in hunc modum allocutus est. "viri Musulmani, videtis in quam necessitatem res nostrae devenerint. Pannones enim hi, adhibitis Dacis et Triballis, contra nos bellum movent. nunc tem-

ἡμῶν. Παίονες γὰρ οἵδε ἐκστρατευόμενοι, καὶ τοὺς Δακοὺς B καὶ Τριβαλλῶν ἡγεμόνα παραλαβόντες, στρατεύονται καθ' ἡμῶν. νῦν ὥρα ἐστίν, εἴ τι ἀγαθόν τις ἐπινοεῖ, ὅπως κρατῆσαι V.128 τόνδε τὸν πόλεμον τιθεμένοις εὖ γένοιτο ἡμῖν, φράζειν ἐν τῷ παρόντι. ἐμοὶ γὰρ πολεμητέα τε εἶναι ἡμῖν, καὶ μάχην ὅτι τάχιστα ποιεῖσθαι, συμβάλλοντας τοῖς πολεμίοις· αἱρήσειν γὰρ οἶμαι ἡμᾶς τούσδε ὀλίγους τε ὄντας ἐς τὸν ἀριθμόν. νῦν δὲ δοκεῖ μοι ὁμόσε ἰόντας τὴν μάχην ποιεῖσθαι καὶ μὴ διαμέλλειν." ταῦτα εἰπόντος τοῦ Ἀμουράτεω Χασίμης ὁ τῆς Εὐρώπης στρατηγός, ἐποτρύνων ἐς μάχην, C ἔλεξε τοιάδε. "ὦ βασιλεῦ, οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἐπαινέσεται τόνδε τὸν λόγον, ὡς βασιλεῖ τε προσήκων μεγάλῳ καὶ Ὀτουμανίδῃ, ὃς τοῖς πολεμίοις οὐδὲν ἐφιέμενος, ἀνδράσι τε ὀλίγου ἀξίοις, καὶ τήν τε χώραν ἀνασώζειν πειρᾷ. ἢν δὲ μὴ μαχώμεθα, ἡμῖν τε τὰ φρονήματα ἀπόλλυται, ἐγκαθιστάμενα ὑπὸ δέους τοῦ βασιλέως, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐρρωμενέστερα γίνεται. καὶ δέδοικα μὴ ἐς τοὐναντίον, ἢ δοκεῖ ἡμῖν ὠφέλεια ἔσεσθαι, περιστῇ ἡ ἐς τὴν μάχην ἀναβολή. καὶ ἐμοί τε οὐκ ἀνάσχετον τὴν ἀρχὴν ἐδόκει τήν τε εἴσοδον φράττεσθαι ὡς δεδιότων ἡμῶν, καὶ ταύτην ἡμῶν τῷ στρατῷ τὴν ἔννοιαν D ἐμβαλεῖν. ἀλλ' εὐθὺ ἐχρῆν ἰόντας, εὐθὺς ἀνακινδυνεύειν συμβάλλοντας, καὶ ταύτῃ πειρωμένους σώζειν τὴν χώραν,

3. κρατήσει P   17. ᾗ P

pus est, si quis quid novit quod belli victoriam largiatur, expromere, nec id nos in praesentiarum celare. mihi enim, ut sententiam meam proferam, pugnandum esse videtur, et omni mora posita, quam celerrime praelium ineundum. nam facile nos victoria potituros arbitror, cum hostes nobis numero sint pauciores. sic igitur agendum censeo, ut continuo arma arripiamus, manusque cum hoste conserere nihil cunctemur." cum rex dicendi in hunc modum finem fecisset, Chasanes Europae dux, quo magis regem ad capessendum praelium accenderet, huiuscemodi orationem habuit. "o rex, non est qui non laudibus vehat orationem tuam, quam modo in medium adduxisti. est enim rege magno et Otomanide digna, qui hostibus vilissimis nihil sit cessurus, verum regionem suam servare summa ope conetur. nisi enim pugnare instituerimus, fortitudo nostra peribit, impedita timore regis: hostibus vero fortitudo crescet, eorumque res usque incrementa sument. ex mora vereor ne nihil utilitatis, verum plurimum periculi capiamus. etiam proxima pugnae mora, quae mihi admodum displicuit, cum decerneretur ut montis angustiae arboribus caesis clauderentur, nonnihil incommodi nobis attulit, dum nos timore perculsos praelio abstinere hostes crederent.. talis fama nequaquam per

μηδὲν ὑφίεσθαι τοῖς πολεμίοις, εἰ βούλει αὐτὸς ὦ βασιλεῦ τούσδε τοὺς τὴν σὴν χώραν δῃώσαντας τιμωρεῖσθαι. εἰ δὲ μή, αὐτὸς κάθησο ἐνταῦθα· ἐγὼ δέ τε αὐτὸς τούσδε σοι παραστήσω, ὥστε μήτε αὐτοὺς μήτε τοὺς λοιποὺς τοὺς πρὸς ἑσπέραν ἐθελῆσαί ποτε ἐναντία σοὶ ἐπιέναι." ταῦτα μὲν Χασίμης ὁ Μαζάνεω παῖς ἔλεγε· σιωπώντων δὲ τῶν ἄλλων
P. 164 *καὶ οὐ τολμώντων ἐναντίαν γνώμην τοῦ βασιλέως ἀποδείκνυσθαι, Τουραχάνης ὁ Θετταλίας ὕπαρχος ἔλεξε τοιάδε. "χρὴ μέν, ὦ βασιλεῦ, ὅ τι φρονῶν τυγχάνει ἕκαστος, τὰ σὰ μηδέν τι ὑπολογιζόμενος λέγειν, καὶ ὅσῳ δὴ καὶ μείζω τὸν κίνδυνον παρέχεται τὰ ἐνεστῶτα. καὶ ἐπιτήδειος ἦν τυγχάνῃ ὤν, ἀνάγκη, ἐπειδάν τις αὐτῷ κίνδυνος ἐπιστῇ, φράζειν ὅ τι φρονεῖ ἕκαστος. πολλῷ δ' ἂν ἔτι μᾶλλον καὶ δεσπότῃ χρεὼν ἀποδείκνυσθαι, ὅ τι ἂν ἡμῶν ἕκαστος γινώσκῃ ἐς τὰ παρόντα, ὅσῳ τε καὶ κοινὸς ἐφ' ἡμᾶς ἀφικνεῖται ὁ κίνδυνος. ἐγὼ γάρ ὦ βασιλεῦ διοικημ . . . . . ἂν τὰ πράγματα ἦν. ἢν δὲ τῶν πτε-*
B *ρύγων μίαν ἀφέλῃς, κακῶς μὲν δυνήσεται χρῆσθαι αὐτῇ ἐς ὅ τι ἂν γένοιτο χρεία, ἢν δὲ καὶ τὴν ἑτέραν ἀφελόμενος καταλίπῃς τὸ σῶμα αὐτῆς μόνον, ἵπτασθαι μέντοι οὐκ ἂν ἔτι ἔχοι, πορεύεσθαι δὲ μόνον καταλείποιτ' ἂν αὐτῇ. πῶς δ' ἂν αὐτῇ δὲ χρήσαιτο ἔτι τοῦ λοιποῦ, ἤν τε ἐπὶ τροφὴν ἐθελήσῃ ἰέναι, ἤντε ἄλλο τι χρῆσθαί οἱ ἐς τὰ παρόντα αὐτῇ; τοῦτο δ'*

17. *αὐτῇ* P 20. *καταλίποιτ'* P 21. *αὐτὴ* P

nostrum exercitum est spargenda; nec volo ut timiditatis ullo modo ab hoste argui possimus: verum censeo confestim praelium esse occipiendum et praeliando regionem defendendam. hostine cedamus quaeso? etiam ipse praelium capesse, si hostium populationes ulcisci velis. sin autem ipse discrimen subire nolueris, tu hic sede: ego eos victos dabo, et sic affligam ut nec Pannones nec Occidentales alii in posterum te bello lacessere ausint." haec dixit Chasanes Mazalis filius. tacentibus autem reliquis, ut qui non auderent contrariam regi sententiam proferre, metu subacti, Turachanes Thessaliae dux in hunc modum locutus est. "oportet quidem, o rex, singulos quid sentiant, nihil tuam sententiam reveritos, dicere; et tanto magis quanto maiora pericula ostentare res videntur. multo igitur magis aequum est, ut nos quae sapimus in praesenti exponamus domino nostro, praesertim cum etiam nos idem periculum attingat. ego sane tua volucri similia esse assevero. si volucri alam unam ademeris, haud poteris ea ad quamcunque aliam rem commode uti, si quando necessitas postulet: sin et alteram abstuleris, corpus solum relinquis, nec amplius volare verum tantum incedere noverit. quid igitur faciet avis, si ad victum quaerendum aut ad aliud quippiam

ἂν λέγοιμι καὶ ἐπὶ σοῦ. τάς τε γὰρ θύρας σῶμά φημι εἶναι, καὶ βεβαιοτάτην ἡμῖν ὑπολείπεσθαι ὑποδοχὴν ἐνταῦθα· τὸ δὲ Ἀσίας στράτευμα πτέρυγί τε εἰκάζω, ὡσαύτως καὶ τὸ Εὐρώπης. μαχομένοις μὲν οὖν οὐδέτερα ὑποστῆναι ἐς τέλος τὸν ἀγῶνα ἐθελήσουσιν, ἀλλ' ἡ μὲν Ἀσία οὐδὲ εἰς χεῖρας ἀφίξεται τούτοις δορυφόροις τε οὖσι καὶ ὡπλισμένοις αὐτοῖς C τε, τὸ δὲ τῆς Εὐρώπης μάχεσθαι μὲν ἐθελήσει, ἀπιόντος δὲ τοῦ Ἀσιανοῦ μόνον ὑπολειπόμενον οὐκέτι ἐπιμενεῖ τέλεον, ἀλλὰ φευξεῖται καὶ αὐτό, ὅποι ἂν δύναιτο σώζεσθαι. ὑπολείπονται δέ σοι αἱ θύραι καὶ οἱ νεήλυδες, καὶ οὐκ ἔχω συμβαλέσθαι V. 129 ὅπως ἂν σώσῃ σαυτῷ ἐπιτηδείως χρῆσθαι ἐς τὰ παρόντα, ἢ ἀμύνεσθαι μόνον, οὐδέν τι διαπραττόμενον. ἀλλὰ δοκεῖ μὲν ἐμοὶ συμβολὴν μὲν μὴ ποιεῖσθαι, ἀλλ' ἀναχωροῦντας ἐς τοὐπίσω ἴεσθαι ἐπὶ ὅ τι ἂν ἡμῖν ἐμποδὼν γίγνηται, καὶ τοῦτο ποιεῖν ἐς ὃ ἂν αὐτοὶ λιμῷ πιεζόμενοι τὰ μάλιστα τὰ ἔμπαλιν γένωνται, καὶ οὕτω χαλεπῶς ἔχουσιν ἐπιτίθεσθαι κατὰ δύναμιν. καὶ ἔσται δὴ τότε χρῆσθαι τούτοις ὅ τι ἂν βουλοίμεθα." ταύτῃ τῇ γνώμῃ, ὡς ἐδόκει τε ἀμείνων τῆς D προτέρας εἶναι, ἐτίθεντο καὶ οἱ λοιποὶ παρόντες τότε ἐς τὴν βουλήν. Ἰεσὲ δὲ ὁ Βρενέζεω ἔλεξε τοιάδε. "ἐμοὶ δοκεῖ ὦ βασιλεῦ μηδὲν ὂν ἡμῖν ἐπιτήδειον. ἤν τε γὰρ περιγένοιο πολεμίων, οὐκ ἐνορῶ ὅ τι ἂν γένοιτό σοι ὄφελος ἀπὸ τούτου.

convertitur? huic similitudini res tuas confero. ianuas corpus esse autumo, et in his refugium et receptaculum relinqui nobis tutissimum. Asiae exercitum alae assimilo, similiter et Europae exercitum. si praelium auspicati fuerimus, neuter exercitus ad praelii finem stabit. Asianus enim exercitus refugiet dimicare cum armatis et hastatis. Europae exercitus praelium quidem non detrectabit: verum si viderit abire Asianum exercitum, nec ipse ad praelii finem manebit, sed sibi fuga consulet. reliqui igitur tibi soli erunt ianuae milites et peregrini. nequeo itaque coniicere quo pacto praesentibus commode utaris, cum praeliando nihil efficere possis. sed enim meum consilium depromam. censeo pugnandum esse: verum ut paulatim retrocedamus, domantes omne quicquid obstiterit. nec volo ut desinamus retrocedere tam diu, donec et ipsi fame pressi persequi desierint et retro, unde venerunt, ire perrexerint. cedentes deinde persequemur, et in angustiis constitutos adoriemur totis viribus. in hunc modum cum hostibus iuxta animi sententiam agere poterimus." huic sententiae, quae praedicta melior et tutior erat, etiam reliqui qui praesto erant calculum addidere. Iesse autem Brenezis filius huiuscemodi orationem exorsus est. "ego quidem, o rex, existimo parum utilitatis nos capturos, imo nihil, etiam si devicerimus hostes. nam nul-

καὶ γάρ τοι Παιαζήτης ὁ λαῖλαψ, σὸς πάππος, ἐτρέψατο μέντοι τοὺς Κελτούς τε καὶ Παίονας· οὐ μέντοι γε ὄφελος αὐτῷ ξυνέβη γε ἀπὸ τούτου, ἀλλ' ἐς τὴν χώραν ἀποχωροῦντες τὴν σφετέραν σφᾶς τε αὐτοὺς ἔσωσαν αὐτίκα ἰόντες καὶ τὴν χώραν διέσωσαν. ἢν δὲ τοὐναντίον συμβῇ, ἀπαίσιον λέγειν οἷα ξυμβήσεται χαλεπὰ ἀπὸ τούτου. ἄμεινον δὲ πάντα P. 165 αἱρεῖσθαι τὰ ἀσφαλῆ αὐτῶν τινὰ ἕκαστον, ἀφ' ὧν ἀποβήσεται αὐτῷ μηδέν τι διασφαλέντι ἡττηθῆναι μὲν μηδαμῶς, περιγενέσθαι δὲ τῶν ἐναντίων, ἢν μὴ παρὰ γνώμην ἐξίοι αὐτῷ τὰ ἔργα. δύο δὴ αἱρέσεων, τῆς τε ἐπισφαλοῦς οὔσης ἡμῖν, περὶ ἧς δεδιότες βουλευόμεθα, καὶ τῆς ἀσφαλεστέρας πολλῷ ταύτης, αἱρεῖσθαι χρὴ τὴν ἀσφαλῆ μᾶλλον, καὶ ᾗ ὁ νοῦς ἔχοι, ταύτῃ μᾶλλον ἢ ἄλλῃ ποι λογίζεσθαι. ἐμοὶ δὲ ὑποχωρῆσαι μὲν τοῖς ἐναντίοις οὔτε σοὶ ὦ βασιλεῦ πρέπον ἐστίν, οὔτ' ἂν αὐτὸς συμβουλεύσαιμι· φεύγειν γὰρ ἂν δόξαιμεν, καὶ ἐκείνοις μὲν ἐς τὸ βέλτιον παρίσταται, ἡμῖν δὲ ἐς τοὐ- B ναντίον. οὐδ' ἂν ἐπισχεῖν ἔτι, οἶμαι, δυναίμεθα τούς τε Ἀσιανοὺς καὶ τὸν πεζὸν ὃν ἔχομεν. ἀλλὰ μάχεσθαι μὲν μηκέτι, φραξαμένους δὲ ἔτι βέλτιον ἐπιμένειν, ἄχρις οὗ ἐς ἀνάγκην ἀφίκωνται ἀποχωρεῖν, ἀποχωροῦσι δὲ ἐπιτίθεσθαι αὐτίκα σὺν τοῖς ἱππεῦσιν ἑπομένους, καὶ βλάπτειν ὅ τι ἂν δυ-

6. οἷα] οἷς P   9. τῷ ἐναντίῳ P   19. δὲ om P

